groſʒer Unterſchied obwaltet) beyde Theile aus ſolcher beygeſetzter Würderung zu beurtheilen in Stande, ob die bey Endſchaft des Pachtes zurückgegebenen Stücken, denen bey Antritt des Pachtes in Empfang genommenen, der Güte nach gleich ſind, oder nicht? und der Verpachter keine ſchlechtere oder geringere Stücken dagegen erhalten möge, (wie denn im Gegentheile dem Abepachter, wenn das Vieh bey Endigung des Pachtes in beſſern Umſtänden, als zur Zeit der Uebergabe ſich befindet, ſolche Vermehr- und Beſſerung ihm ebenermaſʒen zu gute gehet) mithin dem Pachter obliegeł, bey Endigung des Pachtes die Stücken, ſo er empfangen, an Sempronen zu erſtatten; woraus ferner, daſʒ der Pachter jenem wider Willen etwas für was anders aufzudringen und an die Stelle der Sachen deren Werth darzubieten nicht berechtiget ſey, ſich alſofort ergiebet; allenfalls aber, und wenn der Verpachter mit dem in Anſchlage beſtimmten Werthe des Viehes ſich begnügen laſſen wollte, er nur gedachten Werth nach Gehalte des Geldes, wie es zur Zeit des getroffenen Contracts gangbar geweſen, zu verlangen wohl befugt, nicht aber in geringhaltigen Münz-Sorten anzunehmen ſchuldig: So iſt der Pachter bey Endigung 6 des Pachtes dem Verpachter alle Inventarien-Stücken, dem Körper und der Zahl nach, zu überliefern ſchuldig; welche ſämmtlich zu würdern, alsdenn aber diejenige zur Zeit der Rückgabe nach geringhaltigem Gelde etwa ausfallende Taxe, durch verpflichtete Mekler auf ſolche Münze, wie ſie zur Zeit des Pacht-Antritts üblich geweſen, zu vergleichen, und nach ſolcher beſchehenen Ausgleichung, ob der Pachter dem Verpachter oder dieſer jenem etwas zu geben ſchuldig ſey? lediglich zu beſtimmen.

Nempe conductor non quidem totius inuentarii, attamen rerum ſingularium, ita tamen vt easdem in genere reſtituat, fit dominus, vnde 7 etiam damnum ſentit instrumento fundi ab hoſtibus illatum. Diximus ergo aeſtimationem Inuentario taxationis cauſa adſcribi. Nec obſtat conductorem res mobiles Inuentarii vendere poſſe, neque enim nouum eſt in iure, vt etiam non dominus res valide alienet, et mortes aliaque damna ſentiat. Hoc etiam in rebus inuentarii obtinere docet *L. 5. §. 3. ff. commodat. vel contr.*

OBSER-

OBSERVATIO CCCCXXXIII.

Tranſactio ob laeſionem enormem non reſcinditur iure ciuili. Sed iure Saxonico etiam iudicialis, modo non ſit iureiurando munita, infirmatur.

1 Tranſactio, cum rei iudicatae aequiparetur et ſuper re dubia ineatur,
nec extraiudicialis iure ciuili ob laeſionem enormiſſimam reſcinditur.
MENKE *Pand. lib. 2. tit. 2. §. 12.* BERGER *P. I. Reſp.* 101. *num.* 3. VIN-
NIVS *Select. Quaeſt. lib.* 1. *cap. vlt.* niſi dolus ei cauſam dederit vel metus.
2 Sed reſcinditur ob talem laeſionem iure Saxonico etiam iudicialis, quia
iudicis confirmatio nihil dat noui. *cap.* 1. *X. de confirm. L.* 28 §. 5. *ff. de*
liberat. legat. Si tamen iuratum ſit, praefertur religio laeſioni, ac ne in
3 Saxonia quidem tunc ob ſacramenti reuerentiam reſcinditur. *Conſt. Elect.*
34. *et* 35. *P.* 2.

OBSERVATIO CCCCXXXIV.

Suſtinetur a matre facta pupillaris ſubſtitutio in vim fideicommiſſi.

1 Etiam matris ſubſtitutio pupillaris valet, ſi clauſula codicillaris adiecta
fuerit, in vim fideicommiſſi. *L.* 76. *ff. ad SCt. Trebell.* ibique BRVN-
NEMANN, BERGER *Oec. iur. lib.* 2. *tit.* 4. *th.* 18. *num.* 7. WERNHER *Tom.*
3. *Obſ.* 80. Hoc diſcrimine tamen, vt pater a matre praeteritus, poſt mor-
tem filii pupilli, detrahat et legitimam et Trebellianicam, niſi hanc poſte-
2 riorem mater detrahi vetuerit. Quod autem STRYKIVS *in Vſu Moderno*
lib. 28. *tit.* 6. §. 6. addit, poſſe matrem tantum de ſuis, non filii bonis,
diſponere, neſcio an verum ſit? quoniam pupillus agnita ſemel matris
voluntate, tanquam heres, ei contrauenire non poteſt, itaque mater de
liberorum bonis, licet alienis, eo modo diſponet, quo coniugum vnus
in teſtamento reciproco ſuper bonis etiam alterius coniugis recte fidei-
committit. *Vide Obſeruationem ſuperiorem CLXVI.*

OBSER-

OBSERVATIO CCCCXXXV.

Superior iudex ſine requiſitione plerumque immediate citat inferioris iudicis ſubditos.

Idem iudex criminalis iure facit.

Praefectus ſubditos nobilium amtſaſſicorum citat per requiſitoriales. Excepto, ſi ipſe cauſae cognitionem habeat v. c. in inſtantia appellationis, aut altam iurisdictionem, tunc immediate citat. Item ſi praefectus altam, nobilis autem quidam, etiam non amtſaſſicus, inferiorem iurisdictionem habeat, in cauſis criminalibus delinquentem immediate citat, *arg. L. 2. ff. de iurisd.* MOLLER *in Repertorio Carpzoviano pag.* 177. *ſeq.* MENKE *ad proceſſ. diſp.* 4. *tit.* 4. §. 2. Quod autem executionem ob ſumtus inquiſitionis attinet, eam iudex altam iurisdictionem exercens ne quidem in mobilia, non requiſito iudice inferiore, peragere debet. WERNHER *Tom.* 3. *pag.* 259. *Obſ.* 377. CARPZ. *lib.* I. *Reſp.* 50. *num.* 10. 11. *ſeq.* At Curiae Prouinciales et Regiminis collegia ſemper immediate citationes inſinuant, imo et Commiſſarii ab ipſis conſtituti, MENKE *ibid.* ſi modo, quae in Ordinatione Proceſſus Recognita ad titulum I. §. 9. praeſcripta ſunt, non negligantur. Item Cameram Imperii in principum territoriis immediate citationes inſinuare nouimus. Hiſce jungas Obſervationem inferiorem DCXXXIII. n. 4. et *Deciſ. nouiſſ.* 8. *d. a.* 1748. *in fin.*

1 (line 1), 2 (beside "Quod autem executionem")

OBSERVATIO CCCCXXXVI.

Donatio mortis cauſa non acceptata valet in vim fideicommiſſi.

Licet ſolennia actui praeſcripta, quem agens ſuſcipere voluit, ſeruanda ſint, et ſic qui teſtari voluerit, non praeſumatur voluiſſe codicillare, *L.* I. *ff. de iure codicill.* quoniam codicillaris clauſula non datur tacita, (*Obſ. DCXLIII.*) tamen vt morientium voluntates exitum qualemcunque habeant, in L. 77. §. 26. ff. de legat. 2. PAPINIANVS: *Donationis praediorum epiſtolam, ignorante filio, mater in aede ſacra verbis fideicommiſſi*

non

non ſubnixam depoſuit et litteras tales ad aedituum miſit: Inſtrumentum voluntatis meae poſt mortem meam filio meo tradi volo, *cum pluribus heredibus inteſtato diem ſuum obiiſſet, intelligi fideicommiſſum filio relictum, reſpondi.* Nempe cum donare idem ſit, quod legare et ipſum Legatum per donationem definiatur, poſſumus donationes mortis cauſa per omnia legatis, adeoque et fideicommiſſis, aequiparare, vt ſi quinque teſtibus ſubnixae ſint, valeant etiam non acceptatae, tanquam fideicommiſſum.

OBSERVATIO CCCCXXXVII.

Vel vnus opificii magiſter ius prohibendi ſuo nomine exercere et contra turbatores agere poteſt.

Opifices ſui opificii merces poſſunt emere vt vendant, adeoque mercaturam in his rebus limitatam exercent.

1 In Collegio iuriſconſultorum Lipſienſium non ſolum Menſe Martio 1768. ſed etiam antea ſaepius argumentis, quae in Obſ. DCI. proponemus, inſuper habitis, pronunciatum, vel vnicum magiſtrum contra turbatores agere poſſe LEYSER *Spec.* 10. *Med.* 1. FRIK **Grundſätze vom Handwerks-Rechte** § 33. BEIER *de iure prohibendi quod compet. opificibus*, iudicatum.
2 Caeterum omnes opifices mercaturam limitatam exercere poſſe, quod jam in manu eſt, reſponſum docet: Dieweil denen Handwerkern diejenigen Waaren, ſo ſie ſelbſt verfertigen, nach Art derer Kaufleute in einer Bude oder offenen Laden feil zu haben, ſowohl die Märkte und Meſſen zu beſuchen, frey ſtehet, auch jeglichem Meiſter einem andern, oder auch mehreren von eben dem Handwerke, Arbeit zu geben, mithin auch, was ſelbige gefertiget, zu verkaufen billig nachgelaſſen, alſo dem Herkommen gemäß die Kramer ihnen
3 dergleichen blos auf ſolche Handwerkswaare eingeſchränkten Handel zu verwehren, ordentlicher Weiſe und ſo lange ſie nicht ein beſonderes Verbiethungs-Recht anzuführen im Stande, ſo wenig befugt, als umgekehrten Falls die Innungen derer Handwerker den Handel mit ihren Waaren im Ganzen denen Kaufleuten zu unterſagen berechtiget ꝛc.

Haben

Haben die Gerber zu Grillendorf vor einigen Jahren nicht leiden wollen, daß die daſigen Kaufleute mit Leder gehandelt, worauf, nach geendigtem Rechtsſtreite, den Kaufleuten durch ein nunmehro rechtskräftiges Urtheil der Handel mit ausländiſchen Leder zwar zugeſprochen, jedoch dergeſtalt, daß ihnen Jugten, Corduan, Saffian und andere ausländiſche Felle nur in ganzen Häuten zu verkaufen erlaubt ſeyn ſolle. Nachdem nun aber nunmehro ſichs zuträget, daß auch die Gerber ausländiſches Leder Sohlenweiſe und in kleinen Stücken zu verkaufen angefangen, ſo iſt:

Ob die Gerber ſich des Verkaufes ausländiſchen Leders gänzlich zu enthalten ſchuldig und nur ſolche, die ſie ſelbſt fertigen, zu verkaufen befugt, oder, wenn ihnen fremde Leder zu verhandeln frey ſtehe, die Kaufleute nicht wenigſtens gleiches Recht mit ihnen haben und auch ausländiſche Leder, wie die Gerber, ſtückweiſe zu verkaufen, Erlaubnis haben?

rechtlicher Unterricht von Nöthen.

Ob nun wohl damals die Kaufleute ohnehin Abgang genug gehabt, ſo, daß ſie das oberwähnte Urthel gar gerne rechtskräftig werden laſſen, weil zu ſelbiger Zeit kein einziger Gerber mit ausländiſchem Leder gehandelt, die Schuhmacher auch damals eher im Stande geweſen, ganze und halbe Felle an ſich zu handeln, nunmehro aber ſich die Umſtände dergeſtalt verändert, daß bey eingeriſſenem Geldmangel eines Theils die Schuhmacher ganze Häute zu kaufen nicht vermögend, andern Theils aber die Gerber, wie damals nicht geweſen, mit ausländiſchem Leder zu handeln angefangen und ſolche im Kleinen, oder ſtückweiſe, verkaufen, wodurch ſie die Schuhmacher häufig an ſich ziehen, ſo, daß die Kaufleute nicht nur dadurch faſt um alle Kundſchaft kommen, ſondern auch beträchtliche Schulden bey den Schuhmachern verlieren und einbüßen müſſen, alſo allerwenigſtens dieſes billig ſcheint, daß, wenn auch der Handel mit ausländiſchem Leder im Einzeln den Gerbern verſtattet werden ſollte, doch auf alle Fälle den Kaufleuten ein Gleiches nachgelaſſen werden müſſe, indem die Sache nunmehro in einen andern Stand gerathen, und damals die Krämerey der Gerber mit ausländiſchem Leder gar nicht im Streite geweſen, endlich auch das Anſehen einiger Rechtslehrer,

STRUVE *Decis. Iur. opific. decis.* 41. *p.* 77.

BEIER *de officin. et tabern. opific. cap.* 4.

FRIK **Grundſätze des Rechts der Handwerker §. 92.**

welche behaupten, daß Handwerksmeiſtern nur die von ihnen eigenhändig verfertigten Waaren, nicht aber die Leineweber holländiſche Leinewand, oder die Huthmacher engliſche Hüthe, verkaufen dürften, den Kaufleuten ein Verbiethungsrecht zuzuſprechen ſcheinet;

Dennoch aber und dieweil das Herkommen und die tägliche Erfahrung lehret, daß Nadler, Nagelſchmiede, Meſſerſchmiede u. ſ. w. das allerwenigſte ſelbſt verfertigen, was ſie in ihren Buden verkaufen und ſo gar an ſehr vielen Orten Kaufleute, wenn ſie auch nur fremdes Tuch ausſchneiden wollen, in die Innung der Tuchmacher ausdrücklich als Meiſter aufgenommen ſeyn müſſen, hingegen ein jeglicher Meiſter, ſo viel er nur will, Geſellen halten,

Kayſerliches Patent vom 23. April, 1772.

nicht weniger einem andern, oder mehrern Meiſtern von gleichem Handwerke Arbeit geben, mithin auch das von ihnen Gefertigte verkaufen mag,

Rhapſod. Obſ. CCCCXXXVII.

beſonders aber in gegenwärtigem Falle das obangezogene Urthel den Kaufleuten etwas, den Gerbern hingegen nichts verbiethet, vielmehr den Kaufleuten nur im Ganzen mit ausländiſchen Leder zu handeln erlaubet, dadurch ſtillſchweigend den Gerbern den Handel mit ausländiſchen Fellen unbeſchränket zuläſſet, dahero beſagte Gerber nicht allein auswärtige Leder einzeln und ſtückweiſe, ſondern auch in ganzen Fellen, wenn es nur nicht Ballenweiſe geſchiehet, ſondern Krämerey verbleibet und nicht zu einer Handlung im Groſen ausſchläget, zu verkaufen frey ſtehet, und wenn ſchon damals nur der Handel der Kaufleute, nicht aber der Handel der Gerber mit fremdem Leder im Streite geweſen, doch ein für allemal: daß nur mit ganzen oder halben Fellen den Kaufleuten zu handeln frey ſtehen ſolle, erkannt, alſo gar deutlich den Kaufleuten das Ausſchneiden abgeſprochen worden und letztere ſich ſelbſt zuzuſchreiben haben, daß ſie durch eingewandte Rechtsmittel ſothanes Erkenntniß in dem Laufe der Rechtskraft nicht gehemmet, folglich dieſelben mit den Gerbern, ſo viel den Ausſchnitt und Handel im Kleinen betrifft, ad paria beurtheilet zu werden keinesweges verlangen mögen, und nicht einmal die Folgerung: daß,

wie

wie die Kaufleute nur im Ganzen, alſo die Gerber nur ſtückweiſe verkaufen dürften, aus dem Urthel fließet, weil damals die Gerber nicht Beklagte, ſondern Klägere geweſen, welche bekanntermaßen nicht condemniret werden mögen, übrigens es ein großer Unterſchied, ob jemanden der Gebrauch einer Sache, oder ob ihm ein förmliches Verbiethungsrecht zuſtändig ſey? ſintemalen derjenige, welchem der Gebrauch einer Sache nachgelaſſen, noch nicht dieſerhalben ein Recht hat, alle andere vom Gebrauche dieſer Sache auszuſchließen,

Rhapſod. Obſ. XXXIII. Num. 8. 9. 11.

ohne zu gedenken, daß die Innungen der Handwerker weit älter, als die Zunft der Kaufleute, ſind, folglich noch eher für jene, als für dieſe, ein Verbiethungsrecht zu vermuthen ſtehet, übrigens aber die veränderten Umſtände ein rechtskräftiges Urthel nicht aufheben, weil ſonſt des Haders nie ein Ende ſeyn würde, alſo, daß die Schuhmacher izt ärmer, als vormals, ein Unglücksfall iſt, für welchen zu ſtehen die Gerber nicht verſprochen haben: So ſind ꝛc.

Caeterum turbatores tantum opificii, non eos puniri, qui a turbatore quippiam ſibi confici curauerint, dicamus infra Obſ. DXXXIII. 4

OBSERVATIO CCCCXXXVIII.

Hic interieceram Pertinentiarum totum Indicem ordine alphabetico ſcriptum. Cum vero is ſeparatim multo auctior prodierit, et a plerisque pragmaticis poſſideatur, eum hic omittendum cenſui, ne Rhapſodia haec nimis inturgeſcat, et eandem rem bis emere cogatur.

OBSERVATIO CCCCXXXIX.

Iuriſconſulti recte leges inſulſas interpretatione emendant et in melius prouehunt.

Hoc iis nullus legislator interdixerit.

Leges omnes ſua natura mortales. Vnde apud Romanos praetori po- 1
teſtas data, iura vetuſta mutatis moribus in melius prouehendi. Hodie autem cuinam quaeſo praetoriam illam ius ſupplendi, adiuuandi, corrigen-

rigendi, mutandi et emendandi facultatem dabimus, niſi collegiis et dicaſteriis. Nempe haec ſalua recti conſcientia non poſſunt impia, ſecundum inconuenientes tempori, nec tamen abrogatas leges, reſponſa dare et ſceleratas ſententias effutire. BOEHMER *ad Nemes. Carol. Art. CV.* §. 3.
2 Itane enim adhuc hodie ſagas, quae nefandas cum daemone ſocietates inire putantur, viuas concremabimus? Cremandae autem ſunt, niſi a legibus quae talem poenam irrogant, neque tamen vllibi ſublatis, recedamus. Non itaque inhibenda dicaſteriis abſurdas patrum opiniones deſerendi licentia, ſed porro praetoriis artificiis fruantur, vt iniqua, ſi non
3 directe attamen per obliquum, emendent. Sapienter LEYSER *ſpec. 645. Med. 3.* ſcribit: poteſtatem ex juſtis cauſis et manifeſta aequitate duras nimium inſipidasque leges emolliendi ita dicaſteriis in principis iura, vt principi in diuina, competere. Erit tempus, quo poſteri perſpectis hodiernis legibus, aeque ſe in riſum effuſuri ſunt, vt nos maiorum leges et inſtituta ridemus. (*Obſ. DV.*) Non illepide LIVIUS vſum appellauit optimum legis correctorem et ſapientiſſimum iuris interpretem.

4 Saepe euenit vt venena ſint noſtris ciuibus, quam medicinam maiores noſtri ſuis temporibus parauerunt. Sic iura MOSIS ciuilia, licet Iudaeis eſſent commodiſſima, tamen noſtris reipublicae formis parum con-
5 ueniunt, vt nihil, quam eas in vſum reuocare, foret inſulſius. Interdum etiam mutatis ſacris et leges mutari, neceſſarium. Sic variae et innumerabiles cauſae, temporis lapſu, exitioſos ſtabilitis legibus cuniculos agunt, immo totas nouae ſubinde religiones ſubuertunt. Neque enim amplius magicas artes profeſſos aut, quae ferali carmine lunam coelo, vmbras ſepulchris elicere putantur, veneficas igne comburimus, poſtquam hunc errorem CHRISTIANVS THOMASIVS oculis omnium deridendum ex-
6 poſuit, qui etiam Haereſin delictorum numero exemit. Ex his igitur, quae in ciuitate ſaepius improviſa accidunt, mutandas eſſe ſubinde leges, ſi ipſe princeps id non faciat, facit autem rariſſime, facile apparet. Nonne vides nouas quasdam leges paucis, poſtquam latae ſunt, annis obſoleuiſſe, quoniam quae mente ſola concipiuntur, vſum non ſemper in rebus gerendis habent, vt ipſe legislatorum princeps Iuſtinianus *in Nouella CXI. in praefat.* innuit, ita ſcribens: *Quod medicina morbis, hoc exhibent jura negotiis, vnde conſequitur, vt nonnunquam a iudicio diſcordet effectus, et quod credebat coniectura prodeſſe, experimento inueniatur inutile.* (*Obſ. DV.*)

DV.) Ergo, ſi quis inconſiderate hanc leges in melius prouehendi poteſtatem iureconſultis inuideat et rem neceſſariam inhibere conetur, eo ipſo, vt liberius dicam, manifeſto prodit, ſe naturam legum, quae ſua natura mutabiles, penitus ignorare. Maieſtati principis nihil derogant, 7
qui, ne eius leges rideantur, auertunt. Sane ſine doctorum opera et ſollerti ſtudio, abſurda in Speculo Saxonico aut etiam in legibus Romanis nec dum abrogata eſſent, non potuiſſet GROENEWEGIVS ſuum Legum Abrogatarum indicem promulgare. Iterum dico, qui aſſentatione nimia tale prohibeat, is neque naturam rerum, quae quotidie nouas formas edere deproperat, nec legum et iuris ſcripti indolem vllo modo intelligere, et vel vno mentis oculo captum eſſe. Hoc iis dico, qui vbi vix vnum pedem ſcholae extulerunt, ſi forte ob generis nobilitatem admoueantur ciuili muneri, ſe ſapientiores ſenibus putant barbatisque praeceptoribus, quos longa iudiciorum experientia cautos et circumſpectos fecit. Princeps ſtupidus aut ſuperſtitioſus, quid quaeſo non poſſit jubere? Ipſi hiſtorici et jureconſulti Romani non raro rident ſtolidorum inſtituta et leges Romanorum. *Vide Obſeruationem de legibus ridiculis.* 8

OBSERVATIO CCCCXL.

Intereſſe ſuum ſi probare velit creditor, vſurisque quincuncibus contentus eſſe nolit, auditur non ſolum, in mutuo, verum etiam in aliis contractibus.

Receſſus imperii de vſuris publicati non illas, quae veniunt ex ſtipulatu, 1
ſed intereſſe morae determinaſſe, vir doctus MEIERN in peculiari libro: Von Rechtmäßigkeit des ſechſten Zins-Thalers, iam dudum demonſtrauit. Neque tamen hae leges imperii quemquam cogunt, vt ſi 2
alter ob moram ipſi damnum dederit, quincuncibus hiſce contentus eſſe debeat, ſed ſi velit, maiores et omnem damni reparationem petere poteſt. Quoniam vero probatio damnorum difficillima, ab hac ſe liberabit debitor, ſi vſuris quincuncibus eius ſummae, qua res aeſtimata eſt, contentus eſſe velit. MENKE *Pandect. lib. 13. tit. 3. §. 2.* Patet hoc ex ipſis verbis Receſſus Imperii *d. a. 1654. §. 174.* et clarius adhuc ex Receſſu Deputationis *d. a. 1600, §. 139.* vbi verba ſequentia obueniunt: So ordnen und 3
wollen

wollen wir nochmals, daß ſolch Intereſſe a tempore morae erſtattet, und derentwegen den Creditoren fünf Gülden von hundert bezahlet werden, oder aber da dem Creditori ſolche fünf Gülden nicht annehmlich, ſondern er vermeynen wollte, ein mehreres zu fordern, daß ihm alsdann ſein ganzes Intereſſe zu deduciren, gebührlich zu liquidiren und zu beſcheinen und der richterlichen
4 Erkenntniß darüber zu gewarten unbenommen ſeyn ſoll. Licet vero haec lex ſolum de mutuo agere videatur, tamen praemiſſa ratio legis, quam his verbis Receſſus prodit: Damit die Partheyen in puncto liquidationis des langwierigen Proceſſes enthoben ſeyn möchten, auch das Cammergerichte damit nicht überladen werde, clare demonſtrat, etiam in aliis pecuniariis negotiis eandem aequitatem valituram eſſe, quemadmodum menſe Aprili
5 1767. collegium noſtrum reſpondit: Dieweil bekannt, daß derjenige, ſo ſich von dem beſchwerlichen Beweiſe der erlittenen Schäden befreyen will, nach Maaßgabe der diesfalls gegebenen Reichsgeſetze, ſtatt deren, die alſo benannten Zinſen des Verzuges fünfe für hundert gerechnet, zu verlangen berechtiget, weil zwiſchen dem Intereſſe morae und denen Schäden nur dieſer Unterſcheid, daß wer die durch Verzug erlittene Einbuße auszuführen gedenket, auch noch mehr als fünfe für hundert, wenn ſich ſolche in der That höher belaufen, zu fordern befugt, er aber daß er ſich mit ſolchem Beweiſe überladen möge, nicht angehalten werden kann, ſondern daß, wer das ſeinige nicht zu rechter Zeit erhalten, eine Einbuße an fünfen für hundert erleide, vermöge derer Reichs-Abſchiede eine praeſumtio iuris et de iure iſt, ſo daß ihm ſolches, ſo bald er es anführet, alſofort geglaubet wird: So iſt :c.

OBSERVATIO CCCCXLI.

Grauia, leuia et leuiſſima delicta quae dicantur? *Turpitudinem diſtingue a delicto, iniuſtum ab indecoro.*

1 A*trociſſima* delicta ſunt, quibus ſecuritas ciuium immediate et grauiter perturbatur, vt perduellio, latrocinium, incendium, rapina, veneficium, et omne homicidium ſtudioſe et praemeditato animo commiſſum,
2 *Conſt. Elect. Ined. 9.* Contra vero furtum ſimplex, ſacrilegium, blaſphemiam, homicidium haud praemeditatum, adulterium, bigamiam, crimen de

de reſiduis philoſophus, adeoque etiam ſapiens iure conſultus, inter atrociſſima delicta non retulerit, vnde Delicta *Intermedia* dici poſſunt. MENOCHIVS *Arbitr. Iud. Quaeſt. lib. 2. Centur. 3. Caſ. 266.* Ab his di- 3
ſtinguas *Leuiſſima*, quarum poena non ad corporis afflictiuam adſcendit, v. c. magiam, ſtellionatum, falſum, iniuriam. Inprimis autem legislator ſapiens naturae humanae imbecillitatis rationem habebit. *Nov. 134. cap. 13.*

Stuprum autem, quod volenti fit, Sodomia, ebrietas, inceſtus, dar- 4
danariatus, fornicatio, lenocinium, concubitus cum Iudaea, ambitus, ſimonia, concubinatus, Onaniae peccatum, aut ſi vidua intra annum luctus nubat, *Turpitudines* ſunt, non crimina, quia nemo his factis laeditur. Nempe quae pudor vetat, iniuſta dici non debent, vti e contrario iuſta quaedam ſunt, nec decora tamen. Pudenda non obtegere, venenatis in bello armis vti, vxorem publice diſuuiare, nimis ſero nubere, indecora ſunt vel maxime, nec iniuſta tamen, adeoque nec crimina. Violatio iuſti frequens et legitima belli inter gentes cauſa, quis autem ob decori violationem arma mota vnquam in hiſtoriis legit? Vnde neſcio, an neceſſarium ſit, indecora, quae iam contemtu et irriſione ſatis coercita ſunt, puniri? *Vide ſupra Obſ. CCCXXX. num. 9. et Obſ. CCCCXIX. num. 3.* Si autem puniuntur, vt puniri videmus, neque tamen praetor punit, ſed cenſor morum, qui vtut hodie in vno magiſtratu coniuncti, tamen munera et officia eorum confundi non debent. Summa impudicitia Lipſiae anno 1602 fuſtigatione etiam coercita apud CARPZOVIVM *P. 4. Conſt. 28. de fin. 2.* vbi Scabini Lipſienſis hanc ſententiam tulere: Hat Inquiſitin in gutem bekannt, daß ſie die Woche vor Oſtern aufm Rabeth allhier zu Leipzig ſich nackend ausgezogen und öffentlich im Beyſeyn vieler Perſonen, ſo zugeſehen, mit einem Schneider-Jungen, welcher auch nackend geweſen, herumgetanzet und auch hernach öffentliche Schande und Unzucht mit ihm getrieben und jedermann zuſehen laſſen ꝛc. So wird ſie wegen ſolcher begangenen und bekannten öffentlichen Unzucht mit Staupenſchlägen ꝛc. Sed vtcunque haec ita dictauerit, tamen quia nemo laeſus, ad Politiam non ad Iuſtitiam ea res pertinuiſſe videtur. Vt cenſor quondam Romanus M. Cato, vt Valerius tradit, mouit Manlium Conſulem ſenatu, quod interdiu praeſente filia diſuauiaſſet vxorem; ergo pudicitiae non praetores ſed cenſores curam gerebant, vnde ea hodie non ad Iuſtitiae, ſed Politiae cauſas referenda. (*Obſ. DII.*)

5 Poſſumus iterum vitium ſeu turpitudinem a peccato diſtinguere:
Vitium nempe, vt iam ſupra dictum, praecepta decori violat, *Peccatum*
autem eſt actus ſolis diuinis legibus contrarius, per quod nemo laeditur,
vnde illud a ſacerdotibus potius, quam magiſtratu ciuili emendandum.
Delictum e contrario illud demum, quo quis vere laeditur. Si laeſio gra-
vis et atrox, eadem *Criminis* nomine indicari ſolet.

6 Videant autem ſapientes legislatores, an in turpicula gladio et igne
animaduerti conſultum ſit, aut ſecundum rectae rationis dictamina malo
afficiendus videatur, qui reipublicae malum non intulit, nec quemquam
in ea laeſit. Eximamus ergo turpia facta pariter atque theologica peccata
criminum tabulis. Quis caſtratorem ſuum ob indecens et ſordidum vitae
7 genus vnquam puniuit mulcta aut carcere? Ego vero origines ciuitatum
memoria repetens, admoneor, primis temporibus homines ſpeluncas de-
ſeruiſſe et in quandam ſocietatem ſub principe coiuiſſe, ne quisquam nec
laederetur, nec laederet, nequaquam vero, vt princeps mores et πρεπον
ipſos doceret. Si itaque per turpia et indecora, ne per indirectum qui-
dem, ciues laeduntur, eam rem ad criminale ius plane non pertinere, ſed
8 ſatis pudore ſuo et exiſtimationis deminutione punita exiſtimauerim. De-
inde dic mihi, quaeſo, anne quaedam naturaliter turpia ſint? Pleraque me-
ra opinione hominum talia habentur. Nudum in foro ſaltaſſe apud nos
inhoneſtum, Africae et Americae populis decorum; praeputium cultro
deſecare, Mahomedanis non indecens, nobis adeo, vt vix riſum tenea-
mus. Apud veteres ſororem in matrimonium duxiſſe, laudem habuit,
quod ne in Abrahamo quidem viro diuino vnquam Deus vituperauit, ſed
chriſtiana natio virgis ſanguinolentis crimino ſum caedit et aqua et igne
interdictum patrio ſolo expellit. Attamen iam pueri ex praefatione
CORNELII NEPOTIS didicimus, non eadem omnibus honeſta atque tur-
pia eſſe, ſed vana opinione hominum et maiorum inſtitutis haec diiudi-
cari, adeoque honeſta quaedam nobis eſſe, quae apud alias gentes partim
infamia, partim humilia et ab honeſtate remota putantur. Idem cum
DIOGENES dixiſſet, Canis appellatus eſt. Habemus etiam nos turpitu-
dines ſatis turpes, ſed vſu toleratas. Sic ad parietes templi mingere, Con-
ſtantinopoli fortaſſis capitale foret, apud nos vero ad templum a vulgo
ſine vlla verecundia quotidie mingitur abſque vlla reprehenſione. Eſt
itaque decens et indecens aliquid cerebrinum, quod in qualibet prouin-
cia,

cia, immo in qualibet vrbe variat. Vide, quae copioſius infra Obſ. CCCCXLIX. diſputabimus.

OBSERVATIO CCCCXLII.

Fideicommiſſario ante fiduciarium mortuo, tamen fideicommiſſum ad eius heredes transmittitur, ſi pure aut in diem, non incertam ſed certam, relictum ſit.

Poſt mortem ſuam heres reſtituat, *dies incertus eſt, adeoque ad fideicommiſſarii heredes non transmittitur.*

Si fideicommiſſarius ante impletam conditionem moriatur, fideicommiſſum non transmittitur.

Fiduciario ante fideicommittentem mortuo exſpirat fideicommiſſum.

Si ſcriptum ſit: heres poſt mortem ſuam reſtituito, *neque vero fidecommiſſarius mortem fiduciarii ſuperet, exſpirat fideicommiſſum.*

Si in teſtamento ſcriptum ſit: Filiolus meus heres eſto, ſed poſt mortem 1
ſuam hereditatem Ferdinando reſtituito, Ferdinandus autem ante fiduciarium teſtatoris filiolum deceſſerit, deinde vero etiam filiolus viuo teſtatore moriatur, Ferdinandi heredes fideicommiſſum non petent, *L.* 4. *L.* 21. *ff. quand. dies legat. L.* 1. §. 1. *L.* 79. §. 1. *de condit. et demonſtrat.* LEYSER *ſpec.* 404. *med.* 9. WERNHER *P.* 7. *Obſ.* 147. STRYK *Uſ. Mod. lib.* 36. *tit.* 2. §. 2. Immo ſi a Ferdinando legatum fuerit, nec legatarii quippiam accipient. Nam incapaci eo, a quo legatur, legatarius nihil accipere poteſt; atque etiam eo caſu dici poteſt conditionem defeciſſe, quo facto legatum euaneſcit. Nec huic defectui adiecta clauſula codicillaris medebitur.

2 Sed quid faciemus *legi 46 ff. ad SCt. Trebell.* quae plane contraria videtur? Reſpondeo: in hac lege non quaeritur: an ſub die incerto relictum fideicommiſſum mortuo ante diem fideicommiſſario, ad eius heredes transferatur? quod negandum eſt; ſed oſtendit illic iureconſultus: exemplum in ea lege propoſitum legatum purum continere et tempus ſolutionis tantum prorogatum eſſe. (Obſerv. CCCLXXIV.) Hoc intereſt inter
3 diem certum et incertum. Certus dies eſt, ſi reuera pure legatum et tantum tempus ſolutionis prorogatum, BERGER *Oecon. Iur. lib. 3. tit. 1. th.* 10. quo caſu, vt in caeteris omnibus pure legatis fideicommiſſis, legatum
4 transmittitur. Sed in hoc: HERES POST MORTEM SVAM FERDINANDO HEREDITATEM RESTITVITO, dies pro incerto habetur, adeoque ante diem fideicommiſſario mortuo non transmittitur. Nam teſtator praeter modum heredem ſuum grauare voluiſſe, haud praeſumitur et fideicommiſſa, tanquam odioſa, reſtringere conuenit. *Obſ. CCXXXVI.*

5 Item non transmittitur legatum, ſub conditione relictum, ſi fideicommiſſarius vel legatarius ante eam impletam moriatur, *L. 4. princ. L. 5. §. 2. ff. quando dies legat. vel fid. ced. L. vn. §. 7. C. de caduc. toll.* ibique BRVNNEMANN. GAIL. *lib. 2. Obſ.* 132. Dies incertus autem conditioni in omnibus aequiparatur, et ſic: HERES POST MORTEM SVAM RESTITVITO, conditionem in ſe hanc continet: ſi fideicommiſſarius heredem
6 ſuperuixerit. Imitantur hac in re fideicommiſſa naturam ſubſtitutionis, in qua ſubſtituto ante inſtitutum mortuo, aut conditione inſtitutionis deficiente, ſubſtitutio exſpirat, *L. 9. in fin. ff. de ſuis et legit. hered. §. 2. Inſtit. quibus mod. teſtam. infirm.* Nec inter vniuerſalia et particularia fideicommiſſa vllum diſcrimen obtinet.

7 Si ſcriptum ſit: heres ſoluat Titio, cum is, nempe legatarius, morietur; dies certus putatur, quoniam certum eſt, diem exſtiturum eſſe viuente legatario, quia tempus mortis annumeratur vitae, *L. 18. §. 1. ff. de manum. teſtam.* licet Plato diſſentiat apud GELLIVM *in Noct. Att lib. 6. cap.* 13.

8 Si fiduciarius ante teſtatorem ſeu *fideicommittentem* moriatur, exſpirat fideicommiſſum, nec ad fideicommiſſarium ſuperſtitem transmittitur. BERGER *Oecon. iur. lib. 2. tit. 4. th. 33. not. 6. pag.* 430. Exceptio ſi adſcendentes liberis fideicommiſſarii quemquam ſubſtituerint, tunc enim ſub-

ſubſtitutio fideicommiſſaria ſemper tacitam clauſulam in ſe continet, SI SINE LIBERIS DECESSERIT, *L.* 102. *ff. de condit. et demonſtr. L.* 30. *C. de fideic.* Adde Obſerv. CCCLXXIV.

OBSERVATIO CCCCXLIII.

Anterior concubitus ad tempus benedictionis ſacerdotalis aut etiam ſponſalium trahitur.

Hanc portionem ſtatutariam accipit ſtuprata a ſtupratore in matrimonium ducta, licet poſt benedictionem ſacerdotalem thalamus conſcenſus non fuerit, LYNKER *Deciſ.* 405. Vide etiam infra Obſeruationem CCCCLXXXII.

OBSERVATIO CCCCXLIV.

Si quis appellationibus cum finali clauſula reiectis ad ipſius ſacratiſſimam principis perſonam appellauerit, iudex nihilo minus procedit, et poſtea demum apoſtolos mittit.

Sic appellatur a principe ad principem. Quid ergo inſtituet iudex, ſi ad extremum reiecta omni anteriori appellatione appelletur an Ihro Churfürſtl. Durchl. ſelbſteigene geheiligte Perſon? Dicam hoc LEYSERI verbis, quibus in Spec. 654. Med. 3. varias ſcenas et flebilem appellationum fabulam ita depingit: *Fac reum aperte improbum a magiſtratu damnatum ad principem prouocare, principem hanc prouocationem reiicere et executionem praecipere, ſed reum denuo prouocare. Facit haec ſecunda prouocatio iuſtitium. Refert igitur hanc alteram prouocationem magiſtratus ad principem, ſimileque reſcriptum reportat. Nondum res confecta eſt. Adpellatur iterum. Referendum eſt iterum. Adhuc patientia opus eſt, eousque, donec ipſe princeps impudentiae pertaeſus obiurgationem quin et mulctam addit. Sed nec per hanc ſemper ab appellando abſterretur litigator. Perſoluit mulctam ac tamen adpellat. Ferendum eſt iudici quod mutare nequit,*

(margin: 1, 2)

aequo animo, et referendum rurſus. Tunc tandem grauiter indignatur
princeps et reiicit prouocationem, et magiſtratum adpellationes, ſi quae
porro a reo interponantur, recipi vetat, quod reiectionem cum clauſula ad-
pellant. Faſtidire iam diu longam narrationem meam videris, lector, lae-
3 tarique impoſito tandem fine. Erras, optime, erras. Nondum peracta
eſt fabula. Reſtant aliquot adhuc actus. Repulſus ſcilicet a iudicii limine
reus ſilet quidem, non quieſcit tamen, ſed poſt vela et columnas latens per
interpoſitas perſonas, vxorem, liberos, creditores alios, amicos qualecun-
que intereſſe praetexentes, adpellat. De his cogitatum non fuit in proxi-
mo reſcripto. Itaque noua relatione opus eſt, qua denique elicitur reſcrip-
tum, ne appellatio in poſterum a quocunque recipiatur. Nondum tamen
4 abi, lector. Adhuc ſcena supereſt. Prorepit nempe e latebris adpellator
toties reiectus, ac ipſam principis perſonam, des Fürſten geheiligte
Perſon adpellat. Quid nunc conſilii? De hoc caſu GVSTAVVS HENR.
MYLIVS in Diſſertatione, quam Actuarius peccans in cauſis appellationum
inſcribit, §. 9. haec habet: ſolent non nunquam rei, omni prouocatione
remota, ſuaſu aduocatorum periculum facere et a reiectione a Senatu Aulico
facta cum clauſula de non attendenda vlteriori prouocatione, denuo imme-
diate ad ipſius principis ſacratiſſimi perſonam adpellare, et iudices quoque
eorumque actuarii effectum ſuſpenſiuum huic abuſui interdum tribuunt.
Sed plane non peccant, qui aliud ſentiunt, et in cauſa contra appellantem
nihilominus procedunt. Haec enim prouocatio ad eundem principem directa
nulla eſt, et ſententiam a iudicato non ſuſpendit, ita pronunciauit Fac. Iur.
Lipſ. ad acta a Regimine Weiſenfelſenſ. Menſe Febr. MDCCXXI. trans-
miſſa. Conuenit hoc iuri ſcripto et inprimis der Reſolution auf die
Präliminar-Schrift der Landſtände vom Jahre 1716. in Corpore
Auguſteo Tom. 1. p. 380. vbi iudici inferiori liberum de interpoſita adpella-
tione arbitrium datur, wenn vorhero in einem aus hieſiger Landes-
Regierung ergangenen Reſcripto die Clauſula remotae adpellationis
5 enthalten. Attamen a reſcriptis nomine principis emiſſis et Appellatio-
num Iudicii aliorumque ſuperiorum collegiorum decretis a principe ad
principem nempe ad ſuperiorem inſtantiam appellare permiſſum. De
appellatione tertii v. c. vxoris, liberorum contra executionem dicemus
Obſeruatione CCCCLII. Si cum clauſula omnimoda ſich an kein Appel-
liren, es geſchehe von wem oder wohin es wolle, appellatio reiecta ſit et iudex
nihi-

nihilominus, ſi denuo ad regimen vel curiam appelletur, apoſtolos mittat et ſic cauſam protrahat, reſcribi ſolet: Nachdem wir nun bereits vormals, daß ihr euch kein weiteres Appelliren irren laſſen ſollet, gemeſſenſt bedeutet, ſo befehlen wir hiermit, ihr wollet mit der Subhaſtation und ſonſt in der Sache den Rechten gemäß verfahren, vor euren erſtatteten Bericht keine Unkoſten fodern, von dem Concipienten aber Zehen Thaler Strafe eintreiben, und ſolche anhero einſenden. Parum abeſt, quin exiſtimem idem dictari poſſe, ſi ſub clauſula omnimoda prouocatio reiecta fuerit, ad ſacratiſſimam principis perſonam appelletur. Sed reuerentia tamen iudicis erga principem eiusque perſonalem maieſtatem aliquam ſaltim excuſationem habet, vnde in tali caſu addere: Ihr wollet aber für euren Bericht denen Partheyen keine Unkoſten abfordern, tutius omittatur.

OBSERVATIO CCCCXLV.

Gener, qui acceptam a Socero dotem exportat, nullam gabellam detractionis praeſtat.

Nec de Conferendis nec de pecunia in aliis locis elocata detractus praeſtandus.

Sic menſe Aprili 1767. reſpondimus; Hat Dieze zu Wobren vor etlichen 1
Jahren Meviens zu Pelwiz Tochter geheyrathet, und von deren Eltern 200 thlr. zur Mitgift, welche Dieze an iemanden in Pelwiz gegen Hypothek ausgeliehen, erhalten, ſolche Schuld aber hernach zu Pelwiz gerichtlich ausklagen müſſen, worauf als der Schuldner an Gerichtsſtelle gezahlet, die daſige Gerichtsherrſchaft Diezen fünfe von hunderten als Abzugs-Geld weggenommen, und es wird

> Ob Dieze das ihm von der Gerichtsherrſchaft zu Pelwiz zurück behaltene Abzugs-Geld als ein indebite ſolutum von ſelbiger wieder zurückfodern könne?

rechtlicher Unterricht begehret.

Ob nun wohl die Unwiſſenheit im Rechte niemanden entſchuldiget, mithin 2
im Fall Dieze dieſen Abzug einmal genehmiget hätte, er ſolchen condictione indebiti wieder zu verlangen keinesweges befugt wäre.

Den.

3 Dennoch aber und dieweil, wenn ſolcher Abzug ohne Diezens Einwilligung erfolget, er diesfalls zu klagen allerdings berechtiget, ſintemalen ſein Schwiegervater in Pelwiz wohnhaſt geblieben, und aber, wenn der Auszahler einer auswärtigen Schuld die Wohnung nicht verändert, kein Abzugs-Geld ſtatt finden kann;

LEYSER *ſpecim.* 431. *Med.* 6.

weil ſonſt folgen würde, daß niemand einiges Geld verſenden oder jemanden auswärtigen ein Geſchenke, ohne davon das Abzugs-Geld vorher zu berichtigen, machen könne, welchem aber die tägliche Erfahrung widerſpricht, wozu kommt, daß dieſe eingeriſſene Gewohnheit, als eine verhaßte Sache auf alle nur mögliche Weiſe einzuſchränken, beſonders aber bey denen Ausſtattungs- und Heyraths-Geldern, welche eben ſo viel, als die davon ausdrücklich befreyeten milden Sachen, Gunſt verdienen und ſelbigen gleich geachtet werden, zumal da die Eltern Diezen ſelbige noch bey ihren Lebzeiten gegeben, kein Abzugs-Geld ſtatt findet,

BERGER *Elect. Supplem. P.* 2. *ad tit.* 51. *pag.* 2074. BERLICH *P.* 3. *Concl.* 52. *num.* 63.

wannenhero auch in der Churpfälziſchen-Ober-Bayrſchen Landesordnung nach ERTELII Berichte *in Aurea Praxi cap.* 29. *Obſ.* 8. *pag.* 590. die Mitgiſt von ſolcher Nachſteuer ausdrücklich befreyet iſt, wie denn auch ſolches in den Brandenburgiſchen Landen durch ausdrückliche Geſetze alſo verordnet;

So iſt Dieze die ihm vorbehaltenen Abzugs-Gelder wegen der ihm von ſeinen annoch lebenden Schwiegereltern geſchenkten Mitgiſt von der Gerichtsherrſchaft zu Pelwiz wieder zu verlangen wohl befugt.

Nec induit dos naturam bonorum hereditariorum, etiam ſi poſt mortem patris conferenda ſit.

Hat Sempron, der unter denen Titiuſiſchen Gerichten wohnt, einen Sohn und eine Tochter erzeuget und der leztern, als ſie an einen fremden Ort weggeheurathet, tauſend Thaler zur Mitgiſt gegeben, bald darauf aber ſein Guth an den Sohn dergeſtalt verkaufet, daß, weil die Tochter ſchon 1000 thlr. zu ihrer Ausſtattung erhalten, Käufer, damit er ihr gleich geſetzet werden möge, von denen Kaufgeldern ebenermaaßen 1000 thlr. abziehen, die übrigen Kaufgelder aber Verkäufern bezahlen ſolle, da denn nach einiger Zeit

dar-

darauf dieſer Vater verſtorben, und von denen bey ſeinem Sohne zu fordern gehabten Kaufgeldern 400. thlr. die er bey ſeinem Leben nicht erhoben, vorgedachten beyden Kindern als Erbe hinterlaſſen, ſo daß davon der Tochter 200 thlr. gehören; Nachdem ſie nun dieſe Gelder von ihrem Bruder abzuholen Willens geweſen, ſo fordern die Titiuſiſchen Gerichten nicht allein, von dieſen 200 Thalern, als welches billig, ſondern auch von denen bey ihrer Verheyrathung ehedem bereits erhaltenen 1000 thlr. Abzugsgebühren, wannenhero:

Ob die Obrigkeit von demjenigen, ſo eine Tochter bey des Vaters Lebzeiten zur Mitgift und Ausſtattung erhalten, Abzugs-Gelder begehren möge?

zu wiſſen von Nöthen.

Ob nun wohl die Tochter diejenigen 1000 thlr. welche ſie als väterliche Mitgift aus dem Ort ihrer Geburth weg und in andere Gerichten gebracht hat, und aber Abzugs-Gelder nichts anders ſind, als ein gewiſſer Theil, ſo von einem Vermögen, welches aus dem Orte weggeſchaffet wird, der Obrigkeit inne gelaſſen werden muß, folglich daß von erhaltener Mitgift eben ſo gut, wie von allen andern Vermögen, Abzugs-Gelder zu entrichten wären, es das Anſehen gewinnet, und wenn man auch die Ehegelder als Alimenten betrachten und wegen der ausnehmenden Gunſt, ſo dieſelben in denen Rechten genießen, ſolche von ſothaner Beſchwerde freyſprechen wollte, doch im gegenwärtigen Falle, da die Tochter das bey Lebzeiten des Vaters erhaltene Vermögen einwerfen muß, gedachte 1000 thlr. nunmehr die Natur und Eigenſchaft eines wahren Erbes anzunehmen ſcheinen, folglich daß, obwohl zur Zeit der Verehelichung hiervon keine Gabella Emigrationis gefordert werden mögen, doch das Ius detractionis, ſo inſonderheit bey Erbſchaften gebräuchlich und dahero von einigen Rechtsgelehrten von jener Gabe unterſchieden wird, ſtatt finden müſſe, ſich um ſo viel mehr behaupten ließe, weil, daß nach des Vaters Tode die Mitgift ein Erbtheil worden, daraus: daß ſie ein ſolches einwerfen muß, ſattſam zu erhellen ſcheinet, wie denn auch eine Tochter, wenn ihr der Vater in dem Teſtamente die Mitgift angerechnet und hierüber noch etwas, jedoch nicht ſo viel, daß beydes zuſammen dem Pflichttheile gleich käme, ausgeſetzet hätte, ihr actio ſuppletoria, auch nach Gelegenheit bey einem andern Falle Querela inofficioſae Donationis zuſtehen würde, welches nicht ſeyn könnte, daferne nicht die Mitgift und Ausſtattung die Natur eines

Erbguthes an ſich nähme, von einem Erbtheil aber ſo in fremde Gerichte gehet, Abzugs-Gelder, wo ſie hergebracht, wohl gefordert werden mögen.

Dennoch aber und dieweil unter die der Mitgift gegönneten rechtlichen Vorzüge auch dieſer gehörig, daß hiervon Abzugs-Gelder zu nehmen, nicht gebräuchlich, und da jeder bey ſeinen Lebzeiten einem Auswärtigen eine Summe Geldes oder gar einen ganzen Theil ſeines Vermögens ſchenken kann, ohne daß der Schenknehmer davon Abzugs-Gelder entrichtet, die Mitgiſt aber ein Geſchenk iſt, ſolchem nach die Kinder es ſchlimmer, als andere, haben würden, wenn ſie von ihrer vormals erhaltenen Mitgiſt, nach erfolgter Erbtheilung, annoch etwas inne laſſen müßten, folglich da Sempronens Tochter bey damaligen Empfange des Ehegeldes, weil ſolches an und für ſich ſelbſt dieſer Beſchwerde nicht unterworfen, von dem Abzuge auf immer befreyet worden, man nicht ſagen kann, daß ein zeithero entſchlaſenes Recht wieder aufwache, wie denn überhaupt bey Conferendis dergleichen ohnehin verhaßte Abentrichtung nicht ſtatt findet, ſolchem nach das dießfalſige Begehren der Titiuſiſchen Gerichten eben ſo unbillig herauskommet, als wenn ein Vater ſeinem Sohne den Studirens halber beſchehenen Aufwand in ſeinen Teſtamente wie er thun kann, anrechnete, und der Sohn hernach bey der Erbtheilung von dieſem Aufwande hintennach noch Abzugs-Gelder geben ſollte; Endlich was in dem allergnädigſten Churſächſiſchen Befehle vom 9 April 1749,

Fortſetzung *Cod. Aug. T. I. p.* 733.

enthalten, blos Erwiederungs-Weiſe verordnet worden, folglich daſſelbe, als eine Ausnahme, die Regel vielmehr beſtätiget, als entkräftet;

So ſind die Titiuſſiſchen Gerichte von des verſtorbenen Semprons Tochter wegen der vormals zur Mitgift erhaltenen Tauſend Thaler Abzugsgelder zu verlangen und ſich diesfalls an die übrige Erbſchaft zu halten, oder ſolche zu verkümmern, nicht befugt.

OBSERVATIO CCCCXLVI.

Petulantia in templo commiſſa crimen eccleſiaſticum non eſt, ſed a iudice ſeculari coërcetur.

Stu-

Stuprata ſi ſertum geſtauerit, cognitio ſeculari iudici vindicatur.

Ordinatio Eccleſiaſtica Altenburgenſis *P. 1. cap. 1. tit. 5.* ita habet: Nachdem auch auf den Dörfern eingeriſſen, daß auf den Emporkirchen das junge Volk ſich ungebärdig ſtößet, auch wohl mit Herabwerfung der Steine, Sträußer, Blumen und dergleichen, Unfug treibet: **So ſollen die Gerichtsherren**, da die Kirche iſt, darauf genau Acht haben laſſen und dergleichen Verbrecher jedesmal mit 2 oder 3 Tage Gefängniß beſtrafen, cum quo Iura Electoralia conueniunt. Generatim enim, delicta quae olim mixti fori, hodie ſeculare brachium ſibi pleraque vindicat. *Reſol. Grav. d. a.* 1612. §. 4. *et* 7. BÖHMER *ad Schilterum lib.* 1. *tit.* 19. §. 4. *et I. E. P. Tom. I. lib.* 2. *tit.* 2. §. 35. Itaque in delictis et contractibus tantum per accidens eccleſiaſticis iudex ſecularis fundatam habet intentionem, vsque dum eccleſiaſticus iudex concurrentiam conſuetudine fundatam probauerit. ENGAV *Elem. Iur. Canon. lib.* 4. §. 49. Vnde ſi prooedriae cauſa patrini aut Communicantes rixentur, Facultas Lipſienſis cognitionem extra Saxoniam ſeculari magiſtratui ſaepius decrevit. Attamen turbatio ſacrorum conſiſtoriis vindicatur, quoniam ex *Reſolut. Grauam. d. a.* 1661. *tit.* von Conſiſtorial-Sachen §. 4. in Cod. Aug. Tom. I. p. 199. argumentum, vtut valde obtuſum detorqueri ſolet. Nuperrime, cum dubium eſſet: vtrum ſponſa vitiata, ob id quod ſertum virginale tempore copulationis geſtauerat, a Conſiſtorio, an loci iuſtitiario, qui Blankenhaynenſis erat, punienda ſit? Menſe Nouembri 1767 hanc ſententiam tulimus: Dieweil Hans Tenzler und ſein Eheweib Marie Roſine, den ihnen weil ſie den Beyſchlaf vor der Trauung gepflogen, keinesweges gebührenden Kranz nicht allein in der Kirche, ſondern auch außer ſolcher getragen, und ein begangenes Falſches von der weltlichen Obrigkeit wohl unterſucht werden mag, übrigens die Churſächſiſche Kirchen-Ordnung in den **General-Artikeln** Art. 17. §. 6. in denen Worten: Es ſoll auch jedes Orts Obrigkeit, ſowohl als das **Synodal-Decret §. Dennoch auch**, die Unterſuchung des in der Kirche getriebenen Unfuges der Gerichtsherrſchaft nachgelaſſen, welches durch ein öffentliches Geſetz noch nicht abgeändert, überdem auch bewährte Rechtslehrer, und unter ſolchen

CARPZ. lib. 3. Iuriſpr. Conſiſt. tit. 8. defin. 95. §. 4. et tit. 6. defin. 77.

hierinnen für die weltliche Obrigkeit längſtens geſprochen, wozu noch kommet, daß die Kirchenbußen in hieſigen Landen am 14ten Januar des 1756. Jahres gänzlich abgeſchaffet, wie denn auch, daß obgedachte Perſonen ſich als Jungfer und Junggeſelle aufbiethen laſſen, für kein geiſtliches Verbrechen zu achten; So iſt die Unterſuchung desjenigen, ſo obgedachte Tenzleriſche Eheleute diesfalls zu Schulden kommen laſſen, vor die weltliche Obrigkeit gehörig, und jegliches derſelben 3 Tage lang dem heiligen Eheſtand zu Ehren mit leiblichen Gehorſam zu belegen, und annoch Maria Roſina Tenzlerin um 2 Alte Schocke, ſo jedoch zu milden Sachen wohl verwendet werden mögen, zu beſtrafen.

6 Quod ob labores diebus feſtis ſuſceptos et in popinis perpetratas iisdem ſacris diebus helluationes dictatam poenam attinet, eas ad pios vſus magiſtratus ciuilis adhibere tenetur. *Mand. d. d.* 2 *Aug.* 1749. §. 6. *et* 9. Cognitio autem de iis ſeculari iudici haud dubie priuatiue competit.

OBSERVATIO CCCCXLVII.

Non augendum Apanagium auctis reditibus primogeniti.

1 Magnam auri argentique copiam poſtquam nouus orbis a diuo Columbo repertus in Europam detulit, et commercia vbique magis effloruerunt, nummi autem leuiores cuſi et luxus maiora vbique terrarum incrementa coepit, nemo negauerit, hodie vix centum millibus thaleris id effici poſſe, quod ante duo ſecula decem millibus efficeretur. Quid ergo ſi pactis familiae antiquiſſimis ſumma 10000. thalerorum apanagiato principi definita fuerit, an hodie is centum millia propterea petet, quod decem millibus pro conditione ſua ſatis honeſte viuere non poſſit? Aequa videri poterat poſtulatio, quia plus quam decies reditus regnantium principum hodie creuerunt. Nec enim maiorum aetate tanta contributionum, ſteurarumque copia, quam hodie ſolet, principibus decreta, nulla iis temporibus ſignata et pretioſa charta, non ſimiles hiſce inuenti noſtris temporibus reditus. Quid? ſi inſuper beneficio fortunae noua regnanti principi obuenerit hereditas, v. c. ſi vnius gentis altera ſtirpe extincta in altera coaluerit, ſi ſecundo genitorum familiis emortuis apanagia redierint

rint ad primogenitum, aut aes alienum regnanti quondam graue nunc
expunctum ſit, nonne his ſaltim caſibus minores fratres a natu maiore ſua
alimenta augeri poſtulent? Videbatur mihi quondam id aequitas exigere,
quoniam omnia pacta et conuentiones ineuntur ſub tacita clauſula: rebus
ſic ſtantibus. Mouerunt etiam haec argumenta illuſtrem PÜTTERUM, 3
vt *in Opuſculo de augendo apanagio auctis reditibus natu maximi filii*
aequitatem pactis et ſtricto iuri anteferendam putaret, in primis cum in
L. 3. §. 5. et 6. ff. vbi pupil. educ. vel. mor. deb. praeſidium ſententiae
inueniſſet, vbi VLPIANUS: *Idem ad inſtructionem pupillorum ſolet decer-
nere reſpectu facultatum. Sed ſi egeni ſunt pupilli, de ſuo eos alere tutor
non compellitur, et ſi forte poſt decreta alimenta ad egeſtatem fuerit pu-
pillus perductus, diminui debent, quae decreta ſunt, quemadmodum ſolent
augeri, ſi quid patrimonio acceſſerit.* Sed quod de alimentis, quae ex 4
ſuo patrimonio ſibi ipſe pupillus praebet, Vlpianus dicit, non applican-
dum ad alimenta ab altero praeſtanda, vnde regulam: vt auctis primo-
geniti reditibus augeantur fratrum minorum apanagia, mihi ipſi quondam
charam, penitus deſero et pactis ſimpliciter inhaerendum puto. Cum
enim pretiorum inſtabilitatem minores fratres facile praeuidere potuerint,
cur non, cum ſibi apanagium ſtipularentur, pepigerunt ac proſpexerunt,
vt auctis rerum pretiis apanagium augeretur? Sane contra ſtipulatorem
facienda interpretatio. (*vide ſupra Obſ. CCCXCIX.*) Sed et ſi teſtamento
apanagium relictum ſit, eadem ratio. Licet denique verum ſit, reditus 5
principum regnantium immaniter hodie auctos eſſe, tamen hoc quoque
in conſiderationem venit, eorum impenſas ſimiliter creuiſſe. Anne enim
ante vnum vel duo ſecula tam numeroſi exercitus, quales hodie ſunt, et
eſſe expedit? Nonne legatis et miniſtris ampliora nunc, quam quondam,
ſalaria? Certe mihi firmiter perſuadeo, principes noſtros licet incredibi-
liter auctis reditibus, tamen deterioris fere conditionis eſſe, quam ante
ducentos annos, vbi reditus ſufficiebant, qui hodie vix ſatis ſufficiunt.
Ruſticus nuper ſuum praedium duobus filiis Caſpari et Iohanni reliquerat,
ea lege, vt poſt mortem ſuam viduae, quae Caſparis et Iohannis nouerca
erat, modicum victum praeberent, quem Germani einen Auszug appellant.
Accipiunt hoc filii et paternum praedium capeſſunt. Vidua interea nu-
teſtamento praeceperat. Praeibant in funere citharoedi et tubicines ingenti numero, neque tamen lamentationes funeſtas, ſed hilariora carmina ludentes. Feretrum impoſitum humeris duodecim virginum, quas laeta quaeuis concinere iuſſerat. Deinde filius heres ſequebatur rubra veſte ſplendidiſſimus, cui lacrimae et lamentationes, impoſita exheredationis poena, interdictae erant. Ita in aede Sophiae, comitante omni clero, terrae commendatus. Neque meram fabellam putauerim, quae ita vulgo narratur, ſed rem maiori ex parte veram, vtpote a multis ſcriptoribus, inprimis a SCARDONEO in Hiſtoria Patauina, traditam. Nonne ergo exiſtimabimus, imitari voluiſſe CORTVSIVM veteres Getas atque Thraces, apud quos funera laeta et quaſi feſti dies cantu et ſaltationibus celebrabantur. Attamen haec ipſa iuriſconſulti Patauini ſiue philoſophia ſiue ſtultitia paulisper in dubitationem adducitur a PANCIROLO, qui ipſum teſtamentum ſe vidiſſe ſcribit, in quo nihil ſingulare obuenerit, niſi quod teſtator centum muſicos funus praecedere iuſſerit, addita cauſa: in coelum migrantibus laetandum eſſe. Contra vero diligentiſſimus ſcriptor NICOLAVS COMNENVS PAPADOPOLIVS in Hiſtoria Gymnaſii Patauini libro tertio rem plane, vt caeteri, his verbis tradit: *Extremis tabulis haec a Cortuſio imperata traduntur, vt, emortuali die ſuo, in purpura cultuque nitidiſſimo vxor vidua eſſet: Vt praecedentibus quinquaginta muſicis, tibicinibus, ac citharoedis quindecim, quibus aurei nummi dimidium legauit, funus laetum atque hilare duceretur a coenobitis omnibus, in quorum numero eſſe vetuit Eremitanos, ne horum pulla veſtis laetitiam funeris contriſtaret; Feretrum ſubirent duodecim virgines veſtibus ornatae verſicoloribus, quae ſuaui voce cantus et carmina pangerent; Hisque dotis praemium conſtituit. Iuſſit quoque eodem die parari conuiuium dapſile, in quo agnati cognatique et amici albati omnes accumberent. Si haeres contra feciſſet, eum bonis mulctauit et exhaeredem dixit. Haec voluntas Cortuſii in dubium reuocata fuiſſe dicitur et, pro variis doctorum opinionibus, damnata receptaue, vt leges apud Iaſonem, Romanum, Alexandrum, et Tiraquellum; Facto tamen impleta comprobataque eſt.* Plura huiusmodi Oblectamenta vide inferius Obſ. DXLVI.

OBSERVATIO CCCCLXVI.

Victor in reconuentione repetit expenſas conuentionis.

Eum, qui in petitorio vincit, nemo dubitat, repetere poſſe ſumtus poſſeſſorii. Anhang der Erl. Pr. Ordn. §. 20. Eadem in conuentione et reconuentione ratio, nec quicquam aequius, quam eum, qui ad perniticiem alterius abuſus eſt rigore proceſſus executiui, huius improbitatis poenam luere. Nam finita reconuentio oſtendit, reconuentum in conuentione temere litigaſſe. Nempe conuentio et reconuentio non duplex ſunt, ſed vnum iudicium, *vide ſupra Obſ. CLXXX.* aut ſi hoc diſpliceat, tamen repetitio harum expenſarum, ſaltim damnorum nomine ſibi locum vindicabit. Hoc ita, ſi quis in reconuentione pleniſſime vincat; ſi autem illa per ſuppletorium finiatur, conuentionis expenſae repeti nequeunt, quoniam illae etiam in reconuentione compenſantur.

OBSERVATIO CCCCLXVII.

Nobiles in vrbe commorantes, ſi non Schriftſaſſica qualitate ſplendeant, coram magiſtratu oppidano conueniendi.

Nobilis etiam de vxore et liberis ſuis non Scriftſaſſicis, interdum etiam de Schriftſaſſicis, in ſuo iudicio patrimoniali cognoſcit.

1 Nobiles, Barones et Comites, nullo praedio Schriftſaſſico praediti, nec charactere aliquo aulae Saxonicae vel militari inſignes, conueniuntur in foro domicilii ordinario, vti menſe Iulio 1767. Senatui Eilenburgico reſpondimus: Daß der von H. weil einer von Adel, ſo keinen weitern Charakter auch kein ſchriftſäßiges Guth beſitzet, vor der ordentlichen Obrigkeit desjenigen Ortes, wo er ſeine weſentliche Wohnung hat, rechtlich zu belangen ſtehet, über dieſes Eulenburg der Gerichtsſtand des ausgeübten Verbrechens iſt, wo ein jeder, dem die Ladung an ſolchem Orte, wo die Uebertre-

tung begangen, perſönlich eingehändiget werden kann, Recht leiden muß, derer wider T. ausgeſtoßenen Schimpfreden halber, von dem Rathe zu Eulenburg wohl vernommen werden mag, worauf ſeiner Beſtrafung halber ferner ergehet, was Recht iſt. Vnde etiam filiabus tutores et curatores ſexus generales a magiſtratu oppidano conſtitui poſſunt, Etenim cunctanti et dubitanti Senatui Chemnizenſi in cauſa domicellarum von Arnſchild qui talem petierunt, regiminis collegium d. d. 10. Mai. 1769. reſcripſit: Ihr wollet euch des Suchens halber der Gebühr bezeigen, et ſic iis curator generalis, vt petierunt, conſtituebatur a Senatu Chemnizenſi.

Hinc et nobili in pagis ſuis iurisdictionem exercenti in alios nobiles 2
ibi habitantes, ſi non alio, quam ſolo nobilitatis, charactere ſplendeant, etiam in cauſis ciuilibus iurisdictio competit. Immo, ſi pagus iſte locus contractus vel delicti commiſſi fuerit, etiam in Schriftſaſſicos, ſi ipſis citatio ibi inſinuari poſſit. *Obſ. LXV.* Quamobrem nobilibus in liberos, 3
ſi in reatum inciderint, cognitio non denegatur, vt etiam ſupplicium de iis ſumere poſſint, plane vt in ciuitate filius et vxor conſulis a ſenatu puniuntur. STRYKIVS *Vſ. Mod. lib.* 2. *tit.* I. §. 29. CARPZ. *P.* 4. *conſt.* 43. *def.* II. *n.* 7. Nam cum nemini iurisdictionis ſuae termini moueri debeant, nec admittenda ſit ſine priuilegio ſingulari exemtio, iudex ſuperior, nempe Cancellaria, vt ex foro delicti Schriftſaſſicus nobilis, criminis reus, ad ipſam remittatur, vix debet poſtulare. Habebunt igitur emancipati liberi nobilis, in patris pago habitantes nec charactere alio inſignes, ſi coram cancellaria, etiam in cauſis ciuilibus, conueniantur, exceptionem primae inſtantiae. HOFMAN. *Obſeru. quae ad vſum fori ſpectant Obſ.* 28. Adde his *noſtram ſuperiorem Obſeruationem CCLI.* Videri 4
quidem poterat, ob affectionem paternam, quodammodo iudicium conſtitui in propria cauſa; ſed Germaniae moribus, praediorum nobilium poſſeſſoribus longe maius permiſſum, nempe vt in propria etiam cauſa ſubditos in ſuo iudicio conueniant. Nonne et principem in litibus, quas ipſe mouet, ſibi per iudices proprios ius dicere nouimus? Quid? ſi fun- 5
dum filius Schriftſaſſicus ſub iurisdictione paterna poſſideat? Certe reales actiones tunc nullo modo effugiet in patris iudicio inſtitutas. Similis eſt in caeteris ratio. Quod autem vxores attinet Schriftſaſſicorum, qui iurisdictionem in pagis habent, cognitionem ſuper coniuge iis propterea denegauerim, quoniam vxor forum ſequitur mariti.

OBSER-

OBSERVATIO CCCCLXVIII.

A patrono, ſi conualuit aut vxor puerpera facta eſt, vt Te Deum Laudamus *cantetur, inſtitui poteſt.*

1 Negat hoc LYNKER, *Deciſ.* 165. quia precum ordinatio ſit epiſcopi. Reſpondeo: id in nouis precibus veriſſimum eſſe; at quoniam iam receptum, vt pro ſalute patroni etiam repentinae preces a populo fundantur, atque *Te Deum Laudamus* hymnus gratiarum agendarum conſuetus, omnibusque notus ſit, patronum impunem pronunciauerim, ſi ita ordinauerit. Conſentientem habeo in ea re BÖHMERVM *I. E. P. tom.* 3. *lib.* 3. *tit.* 38. nec non Witebergenſes Conſiſtorianos in Reſponſo, quod
2 BÖHMER ibidem inſeruit. Nam praeter modum detrahere patronis, vt creſcant epiſcopalia iura et crimina fingere, vbi nulla ſunt, inconſultum puto. Sane mortuo patrono luctus templi publicus maior honos eſt, quam iſte hymnus, vnde cum ille indulgeatur, id, quod minus eſt, non poteſt patronis non licere. *Vide infra Obſeruat. DCIII. Num.* 22.

OBSERVATIO CCCCLXIX.

In conflictu priuilegiorum ſemper antiquius praeualet.

Clauſula: tollendi et minuendi, ſi non expreſſa, non ſubintelligitur.

Si extrema neceſſitas poſtulet, vt tollatur priuilegium, indemnis praeſtandus cui datum.

1 Si princeps duobus ius prohibendi et excludendi omnes alios conceſſerit, adeoque haec priuilegia ſimul conſeruari nequeant, videri poterat, quoniam legibus priuilegia aequiparantur, harum ad exemplum, priuilegium poſterius praeualere. Alius fortaſſe dixerit, tunc neutrum priuilegiatum eſſe, quia priuilegiatus contra aeque priuilegiatum iure ſuo non vtitur. Sed ego indiſtincte priuilegium antiquius praeferendum duco, ſecun-

ſecundum ea quae in Obſ. CCCLVII. iam expoſui, in qua dictum eſt: Statutum anterius non tolli per nouam legem. Nam, oneroſa inprimis, 2
priuilegia pro lubitu tolli non poſſe, cum principes etiam ex ſuis conuentionibus teneantur, (*Obſ. CCCCLXXX.*) nec adeoque reuocare poſſint priuilegia per modum contractus data, licet vſi fuerint formula: Indulgemus ex gratia, vel ſimili, non ſolum ex *Lege 7. C. de precib. imp. offer. L. 4. de emancip. lib. L. 2. §. 10. ff. ne quid in loc. publ.* intelligitur, verum etiam ex profeſſo docuerunt BÖHMER in *Conſult. T. 1. P. 2. Reſponſ. 3.* ZIEGLER *de iure Maieſtic. lib. 1 cap. 12. th. 5.* BERLICH *Deciſ. 26. num. 31.* Nam poſterius priuilegium priori contrarium pro ſubrepeticio habendum. *cap. 1. de conſtit. in 6to.* Vnde etiam priuilegia contra principem quidem latiſſime, ſed, quoties in praeiudicium tertii antea priuilegiati tendunt, ſtrictiſſime interpretari ſolemus. Regula autem a veteranis quibusdam 3
tradita, priuilegium pro lubitu tolli poſſe, in oneroſis plane fallit, in gratioſis autem tunc demum obtinet, ſi addita fuerit clauſula: *minuendi et tollendi toties quoties*, quae hodie ne gratioſis quidem tacite ineſſe intelligitur, quid, ne in extrema quidem reipublicae neceſſitate oneroſa tolli poſſunt, niſi indemnes praeſtentur quibus datum eſt BÖHMER *Ius publ. Vniuerſ. Part. Special. lib. 2. c. 3. §. 63 et 64.* Si autem expreſſe addita fuerit haec de minuendo clauſula, tamen vetus priuilegium ſublatum per poſterius non putatur, niſi in recentiori id nominatim infirmetur, vnde pronunciauimus: Daß wenn ſchon in dem ältern Freyheitsbriefe 4
die Clauſul: zu mindern auch gänzlich wieder aufzuheben, allerdings vorhanden, dennoch, wenn ſolche ältere Privilegien durch neuere erlöſchen ſollen, dieſes allemal eine ausdrückliche Meldung erfordert, weil öfters zu geſchehen pfleget, daß Landesherren ohne zu wiſſen, daß jemand anders bereits eine ältere Freyheit hat, aus Irrthum eben dergleichen aufs neue verſtatten, ſo ſie nicht gethan haben würden, wenn das ältere ihnen bekannt geweſen, alſo wenn in denen jüngern Privilegien nicht deutlich, daß das ältere hierdurch abgethan und aufgehoben ſeyn ſolle, gemeldet, der zuerſt befreyete den Vorzug hat. Nam etſi militi datum eſt liberos exheredare, hoc tamen neceſſario requiritur, vt ſciuerit ſe liberos habere. §. 6. *Inſt. de exh. lib.* Ita etiam in iure metallico, ſi duobus data fuerit poteſtas a diuerſo loci centro in milliaris peripheria quaedam metalla quaerendi, atque horum circuli ſiue districtus ſecando inuicem ſe penetrent, antiquior praefertur,

ſecundum illud: Wenn die Gänge zuſammen in die Vierung fallen, ſo ge-
5 het der ältere im Felde dem jüngern vor. Tolli tamen poſſunt vtraque, tam oneroſa quam gratioſa, priuilegia, ſi neceſſitas vrgeat et reipublicae inde enaſcens grauiſſimum damnum metuatur, quo caſu tamen priuilegiatus reddito pretio aut alia ratione indemnis praeſtandus, ſed hanc exceptionem plane omittere poteram, vtpote ad priuilegia non ſpeciatim pertinentem, ſi quidem non priuilegia tantum, ſed omnia, quaecunque demum ſint, iura hac ratione tolli poſſunt, propterea, quod ſalus reipublicae lex omnium ſuprema et commune commodum priuato anteponendum eſt. Sed de priuilegiorum conflictu plura in Obſeruatione DCXXIV. dicam in qua abuſum regulae: priuilegiatum contra aeque priuilegiatum ſuo priuilegio excidere oſtendam.

OBSERVATIO CCCCLXX.

Non eſt ſocietas, ſed vſuraria prauitas, ſi quis negotiatori mutuetur pecuniam, vt loco vſurarum ex negotio certam lucri partem habeat.

1 Si et damni partem, qui pecuniam ſuam negotiatori crediderit, habiturus ſit, vera eſt ſocietas, adeoque licitum pactum. At ſi de damno nihil dictum ſit, plane mutuum videri debet, non ſocietas; vnde ſi lucrum vltra legitimum modum vſurarum creuerit, pactum eſt vſurarium et ſumma ad quantitatem vſurarum reducenda. LYNKER *Deciſ. 965.* Vtile hoc dictatum creditori, ſi debitor bonis cedat. Maluerit tunc
2 iſte haud dubie creditor, quam correus, haberi. At dixerit aliquis licitum tale eſſe, de quo agitur, pactum et ſimile emtioni ſpei, quoniam aleam in ſe continet. Quid enim, ſi debitor nihil lucretur? Reſpondeo hoc rarum eſſe, leges vero non ſcribi de iis, quae rarius eueniunt, ſed definitionem deſumendam eſſe ab eo, quod plerumque fieri aſſolet. Nec emtio dici poteſt, quando pretium ſuo tempore reſtituendum.

OBSER-

OBSERVATIO CCCCLXXI.

Vnio prolium tollitur diuortio.

Videri poterant non tam parentes, quam ipſi liberi, pepigiſſe et delictum matris non praeiudicare vnitis. Attamen cum parentes fauore liberorum quidem, ſed tamen potiſſimum inter ſe, matrimonii cauſa, pacti ſint, tollitur vnio prolium adulterio, quia inita videtur ſub tacita clauſula: rebus ſic ſtantibus.

OBSERVATIO CCCCLXXII.

Ad conſumationem matrimonii aut conſcenſio thalami, aut vera commixtio requiritur.

Non nego contrariā ſententiam regulis iuris eſſe magis conſentaneam ſed fateor ſimul, multas ſecum incommoditates habere, propter quas ſententiae collegii ſubſcribo: Non copula carnali opus eſſe, ſed ſufficere, ſi vnum lectum copulati conſcenderint, ita enim in Menſe Iulio 1768. bis immo antea ſaepius a nobis iudicatum. Verba enim die Decke beſchlagen, daß Beylager, der Bettſprung in vetuſtis legibus I. P. S. lib. 3. art. 45. obuenientia nullam commixtionem inuoluunt. RICCIVS *ad Engav. pag.* 511. Neque tamen praeciſe conſcenſio thalami requiritur, nam ſi poſt benedictionem ſacerdotalem vel ſtando corpora commiſcuerint, coniuges eſſe putantur. Alterutrum ergo ſufficit. Hinc cum mariti cognati in petitione portionis ſtatutariae conſcenſionem thalami per quinque annos continuatam affirment, commixtionem negent, iusiurandum autem ſuper vtraque delatum ſit, non opus eſſe, vt negata abiurent, ſed affirmata ſufficere exiſtimauerim et illico viduae portionem ſtatutariam adiudicauerim. De occultis enim non iudicat eccleſia et publicus error, *ex L. Barbarius Philippus* ius euadit.

1

2

Nimis iniquum foret vxorem portione ſtatutaria priuare, ſi impotenti nupſiſſet, attamen ad mortem vſque conſortium cum eo habuiſſet. Hic ſufficit conſcenſio thalami. Adde Obſ. CCCCXLIII.

OBSERVATIO CCCCLXXIII.

Nomine derer Schöppenſtühle *etiam Facultates Iuridicae continentur.*

Cum Scabinatus, qui de iure reſpondebant, prius in Germania inualuerint, quam Facultates iuridicae, demum poſt conditas Academias ortae, mirum non eſt, nomen antiquum collegiis nouis accommodatum et ſub Scabinatibus etiam Facultates Iuridicas deſignatas eſſe, quod quidem adeo certum, vt in hiſtoria et iure hoſpitem eſſe oporteat, qui iſtud ignorauerit.

OBSERVATIO CCCCLXXIV.

In Saxonia electorali Legitimati per ſubſequens matrimonium in feodis ſuccedunt.

1 Si filius qui ex anticipato concubitu poſt benedictionem ſacerdotalem quarto fortaſſis menſe editus eſt etiam in feodo patri ſuccedit, quia eſt et dicitur ein ehrlich gebohrner Leibes-Erbe, HORN *Iurispr. F. c.* 15. §. 3. etiam ſuccedat legitimatus per ſubſequens matrimonium. Nam ſuis etiam a magiſtratu dari debet teſtimonium natalitium ex thoro legitimo natos eſſe CARPZ. *P.* 2. *c.* 6. *def.* 15. *Richter. P.* 1. *Deciſ.* 18. *n.* 15. Facultas
2 Lipſienſis menſe Iulio 1768 reſpondit: Obwohl bey Erörterung dieſe Frage es hauptſächlich auf den Gebrauch und eingeführte Gewohnheit eines jeglichen Lehnhofes ankommet, und um ſolchen ſicher zu erfahren, Demſelben anzurathen ſtünde, noch bey Lebzeiten auf den Fall, wenn die Lehns-Curie gedachten Sohn anzunehmen kein Bedenken äuſern werde, die Lehngüther, wenigſtens nur dem Scheine nach, in fauorem filii zu refutiren, auch bekannt,
3 daß den Lehnsbriefen die Clauſel: **für ſich und ſeine ehelich gebohrne Leibeserben**, einverleibt zu werden pflege, wannenhero, daß ſolchen Worten genau nachzugehen, es um deswillen ſich anſehen läſſet, weil dem nächſten Lehnsfolger ſein bereits von denen Vorfahren ihm zugefloßenes Recht wider Willen nicht entzogen werden kann, und ſo viel die Churſächſiſchen Rechte anlanget, allermeiſt die Rechtsgelehrten ſich auf die **Policey-Ordnung**

nung vom Jahr 1543. *in Cod. Aug. Tom. I. pag. 19.* und das Edict vom Jahr 1550. *tit.* mit verdächtigen Weibsperſonen *in Cod. Aug. Tom. I. pag. 32.* beziehen, und ſothaner Geſetze halber, denen durch erfolgte Heyrath ehelich gemachten Söhnen die Lehnsfolge abzuſprechen pflegen, weil zumal nach Longobardiſchen Lehnrechten der Text II. F. 26. §. Naturales. 4
auch auf die, ſo durch die Ehe zu rechtmäßigen Kindern werden, von einigen gedeutet wird.

Dennoch aber und dieweil ſelbſt in Churſachſen vorangezogene Geſetze durch die XIV. derer im Druk noch nie ergangenen und bloß denen Dicaſterien zur Nachachtung mit Churfürſt Auguſtens Hand unterſchriebenen und geſiegelter Conſtitutionen 5

WABST Nachricht von Sachſen *pag. 50.*

abgeſchaffet, als welche daß Legitimati matrimonio vere et per omnia legitimati ſeyn ſollen, auch ſolches ihnen durch keine Conſtitution entzogen werden könne, enthält (vide ſupra Obſ. CCCCLV.) weshalben die Schöppenſtühle ſich verglichen, daß die durch erfolgte Heyrath legitimirten Söhne von der Succeßion derer von ihren Vater nachgelaſſenen Lehngüther nicht auszuſchließen Dieſe Conſtitutiones ineditae aber von Jahre 1572 alſo neuer, 6
als die in Zweifelsgründen angezogenen Geſetze ſind, und wenn ſchon ſelbige nicht förmlich publiciret, ihnen doch, weil die Facultäten und Schöppenſtühle bey gemeiner Zuſammenkunft ſich alſo zu ſprechen mit Genehmhaltung der höchſten Landes Obrigkeit vereiniget, die Gültigkeit niemand abſprechen kann, zumalen ſie wenigſtens als Gewohnheiten je daher auch in andern Fällen beobachtet worden, und wir ſolche anzuziehen um ſo vielweniger Bedenken tragen, weil bereits PETRVS FRIDERVS MINDANVS ſeinen Conſultationibus Saxonicis lib. 3. Quaeſt. 74. pag. 442. ſelbige nebſt den übrigen wörtlich einverleiben laſſen, wie denn auch in denen zu Frankfurth am Mayn 1599. unter dem Titel: *Illuſtres et aureae Quaeſtionum Deciſiones* heraus gekommen CONSVLTATIONIBVS CONSTITVTIONVM SAXONICARVM P. 2. pag. 38 und 40. daß die damals Abgeordneten bey Faſſung derer Conſtitutionen Auguſti völlig darinnen einig worden: daß Söhne, welche vor dem Eheſtande erzielet und hernach durch folgende Ehe geehlicet worden, nach ihres Vaters Abſterben, der Lehne nicht ſollen beraubet werden, ſattſam

bewei-

beweiſen; Alſo durch Heyrath ehelich gemachte Kinder als ehelich gebohrne
7 Leibes-Erben nach der Regel: fictio idem operatur quod veritas anzuſehen, wannenhero auch verſchiedene Rechtslehrer

HORN Iurisprud. Feud. cap. 15. §. 3.
HVRTMAN PISTORIS P. 2. Quaeſt. 4.

in Sachſen, obſchon der Lehnbrief auf ehelich gebohrne Leibes Lehns-Erben lautet, die Mantelkinder zulaſſen, außerhalb Sachſen aber ſich diesfalls wenig Bedenken findet, indem nach gemeinen deutſchen Rechten, als welche
8 den Longobardiſchen Geſetzen hin und wieder Abbruch thun, nach dem Berichte bewährter Doctoren

WERNHER. Tom. 3. pag. 473. Obſ. 83.
STRVV. cap. 9. aphor. 3. num. 12. 13.
GAIL. lib. 2. Obſ. 140.
CARPZOV P. 3. Conſt. 28. defin. 17.
ROSENTHAL de Feud. cap. 7. concluſ. 18.
SCHRADER P. 3. c. 5. num. 21.
ITTER de feudis Imper. cap. 14. §. 2.

9 die übrigen Lehnfolger dieſe Art der Legitimation ſich gefallen laſſen müſſen, welches um ſo viel weniger Zweifel hat, wenn der Lehnherr dergleichen Kind zum Vaſallen anzunehmen kein Bedenken träget.

So iſt denen Rechten nach der Sohn Carl Friedrich Auguſt von Derz den nächſten Mitbelehnten in der Lehnsfolge vorzuziehen.

Conſentit nobis *Schaumburg* Einleit. in Sachs. Recht. pag. 88 et pag. 857.

Sed extra Saxoniam etiam agnati et ſimultanee inueſtiti legitimatum excludunt, adeoque multo magis Adoptiuum, cuius rei rationes ex Obſeruatione inferiori patecent.

OBSER-

OBSERVATIO CCCCLXXV.

Iuſſu patris et heri excuſatius peccant ſerui et liberi.

Nouus in Facultate aſſeſſor, cum audirem, ſuaſu anteceſſoris mei in Ordinariatu beati BAVERI, collegium pronunciare: Ancillam quae cum hero vxorato adulterium commiſerat, non duriore, quam relegationis poena afficiendam eſſe, quoniam *imperio domeſtico facile ſeduci potuerit* et preces potentioris mandata videantur, equidem apud me multum tacitus ridebam. Iam vero cum in huiusmodi delicto, cui Saxones abnormem poenam ſtatuerunt, omnes facile excuſationes admittat prudentia, nunc, quam tunc tyro eram, oculatior ſapienter id receptum fuiſſe a maioribus intelligo, potiſſimum cum Wittebergenſium ſententiam anno 1738. his verbis perlatam viderim: Daß Inquiſitin des eingeſtandenen Ehebruchs halber, weil ſie von ihrem Dienſtherren geſchwängert worden, mithin durch das Imperium domeſticum in etwas entſchuldiget wird, mit der ordentlichen Strafe des Staupenſchlages zu verſchonen. Videatur praeter haec MENOCHIVS *de Arbitrar. Iud. Quaeſt. lib. 2. Centur. 4. caſ. 304.* Vnde etiam nuper menſe Octobri 1775. iterumque pronunciauimus: Daß N. geſtalten Sachen nach und da ſie, zumal als eine annoch junge Weibsperſon, den Zunöthigungen ihres Dienſtherrens, unter deſſen Gewalt und Befehle ſie geſtanden kaum widerſtehen mögen, mit der ordentlichen Strafe nicht zu belegen, *L. 29. C. ad L. Iul. de adult.* Metus enim et parendi neceſſitas excuſat. Nec ſeruus quidquam omnino delinquit qui domino iubenti obtemperauerit *L. 2. ff. de noxali act.* quia velle non creditur qui obſequitur obſequio patris vel domini vel iudicis *L. 4. ff. de regul. ver.* Is damnum dat, qui iubet dare, eius vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt. *L. 160. ff. de reg. iur.* Narrat TACITVS Piſonis filium a Tiberio crimine belli ciuilis purgatum: *patris quippe iuſſa nec potuiſſe filium detrectare.* Adde PVFFENDORF. d. N. et G. lib. 8. c. 1. §. 24. LEYSER Spec. 168. Med. 10. et 11. Plura dabimus in Obſeruatione noſtra DCCLXXXIX. quae hanc quaeſtionem plenius diſcutit. 1

De liberis inceſtum committentibus plane manifeſtum, non poſſe ita, vt parentes, puniri, quoniam videntur parentum imperium veriti. CARPZ. *Prax. Crim. Quaeſt. 72. num. 47.* et MENOCHIVS *Arbitrar. Iud.* 2

Quaeſt.

Quaeſt, lib. 2. *Cent.* 4. *caſ.* 304. qui late hanc materiam tractat. *Adde Obſ. CCXXVII. num.* 3. Ego generaliter: Quoties iuſſu principis, domini, praeceptoris, patris, magiſtratus peccatur, toties ordinaria poenae exulat. TIRAQVEL *de poenis legum temperandis. Cauſ.* 34.

OBSERVATIO CCCCLXXVI.

Zechen oder Spielen an Werkeltagen und Sonntagen.

Item differentia inter ludos artis et fortunae.

In Saxonia electorali numeroſae et difficiles diſtinctiones, quae ſequuntur, obſeruandae:

1) Sommerszeit, nehmlich von Oſtern bis Michaelis von 5 Uhr bis 10 Uhr, Winterszeit von 4 Uhr bis 9 Uhr, iſt in der Schenke nicht allein an Feyertagen, worunter auch Bußtage zu verſtehen, ſondern auch an Werkeltagen zu zechen erlaubet, *vide Inſeratum Reſcripti* von 3 Sept. 1750. als durch welches nunmehro der vorige zwiſchen Sonn- und Werkeltagen obwaltende Unterſchied aufgehoben, ſo daß es in Anſehung der ſpäten Zeit in Werkeltagen ſich eben ſo, wie an Sonntagen verhält. Die Strafe iſt, ohne zwiſchen Wirth und Gäſten einen Unterſchied zu machen, willkührlich 1 oder 2 Neuſchock *) nur daß, wenn es am Sabbathe geſchehen ſolche zu milden Sachen anzuwenden, *Mandat* von Sabbaths-Feyer *d. a.* 1749. §. 9.

2) Wäre

*) Verba Reſcripti d. d. 3 Sept. 1750. ita ſe habent: Ihr wollet, wenn zu erſehen, daß nach allen in der Policey-Ordnung de anno 1661. Tit. 19. bemerkten Umſtänden verbrochen worden, auf die darinnen nahmhaft gemachte Strafe an 20 thlr. daferne aber eine oder die andere derer in nur beſagten Landes-Geſetze ausgedruckten Uebertretungen, ſich veroffenbahret, Inhalts der Landes-Ordnung de anno 1555. Tit. übermäßige Buſen nach Unterſchied derer dabey einſchlagenden Umſtände auf 3. 4. 6. 10. bis 14 tägiges Gefängniß, unter Beybehaltung der gewöhnlichen Alternation, erkennen.

2) Wäre aber das Zechen oder erlaubtes und keinesweges hohes Spielen unter dem Gottesdienſte geſchehen, iſt die Strafe 8 Tage Gefängniß oder 5 thlr zu milden Sachen. *Mandat* von Sabbathsfeyer *d. a.* 1749. §. 6. Jedoch Reiſenden oder Kranken darf man einen Trunk reichen. *Cod. Aug. Tom. I. pag.* 1775. *et* 1943.

3) Bey dem Spielen mache einen Unterſcheid unter erlaubten und Hazard-Spielen, ferner unter Feyertagen und Werkeltagen. Auch in erlaubten Spielen ſoll an **Werkeltagen** einer von Adel über 1 Thaler, ein vornehmer Bürger über 12 gl. ein Handwerksmann über 4 gl. ein Bauer über 1 gl. nicht verſpielen, ſolches auch in einem Monate über einmal nicht geſchehen. Policey-Ord. *d. a.* 1661. *tit.* 8. §. 1. *in Cod. Aug. Tom.* 1. *pag.* 1573. Wer darwider handelt, oder ſolches in ſeiner Behauſung zugiebet, der ſoll jedesmal zehen Thaler zur Strafe, und da er es nicht im Vermögen hat, 8 oder mehrere Tage lang in gefänglicher Haft erhalten werden. Haec cum ipſius legis verba ſint, intelligitur daß zwiſchen dem Wirthe und Gäſten kein Unterſchied. Verſtehe dieſes von hohen jedoch erlaubten Spielen, aber bey Hazardſpielen iſt zwiſchen Gäſten und Wirth allerdings ein Unterſcheid, wie unten Num. 5. geſaget werden ſoll.

4) Wenn an einem **Feyertage** vor 4 Uhren und nach 9 Uhren im Winter, oder vor 5 Uhren und über 9 Uhr Sommers-Zeit, zu **hoch** jedoch erlaubte Spiele geſpielet worden, erkennet man zwar auch die 10 thlr. Strafe, jedoch nur die Helfte zu milden Sachen; weil das Mandat von der Sabbathsfeyer nur das ſpäte Spielen bey 1 oder 2 Neueſchocke nicht aber beſonders das hohe Spielen unterſaget. Aber auch erlaubte und niedrige Charten oder Würfel-Spiele ſind NB. in öffentlichen Schenken und Wirthshäuſern an Sonn- hohen Feſt- und Bußtägen, auch in denen ſonſt nachgelaſſenen Stunden, gänzlich unterſaget. *Mandat.* vom Sabbath vom Jahr *1749. §. 8.* die Strafe aber iſt willkührlich und mit einem neuen Schocke zu milden Sachen ſattſam verbüßet. Kegelſchub und andere bloße Kunſtſpiele hingegen ſind erlaubt nach dem Gottesdienſte.

5) Wenn ſchon bey erlaubten jedoch zu hoch getriebenen Kunſtſpielen unter **Wirth** und Gäſten kein Unterſchied gemachet wird (*vid. ſupra Num. 3.*) ſo iſt dergleichen doch zu beobachten bey denen Hazard-Spielen,

als da ſind Triſchak oder Grobhäuſern, Pharao, Baſſette, Lansquenet, Quindici, Trente et quarante, Biribi, Paſſedix etc. Denn der Wirth oder Inhaber des Zimmers wo geſpielet worden, alſo auch unſtreitig derjenige, ſo den Reyhſchank hat, daferne er die Spieler nicht verwarnet, (oder da dieſe ſich nicht daran gekehret, ſolche der Obrigkeit nicht angezeiget) iſt jedesmal um 20 Thlr. und wenn er oder die Seinigen, für die er zu ſtehen hat, Charten oder Würfel wiſſentlich hierzu hergegeben oder verſchaffet, um 40 Thlr. die Spielenden aber jeglicher nach Beſchaffenheit ſeines Vermögens um 50. bis 100 Thlr. zu beſtrafen, oder wenn jemand ſolche zu bezahlen außer Stande, mit drey monatlichen Gefängniſſe zu belegen, und wer betrüglich dieſe Hazard-Spiele geſpielet, hat ein oder zwey jähriges Gefängniß und Verluſt ſeiner Aemter zu gewarten, als worauf zu ſprechen. **Mandat wegen der Hazard-Spiele** *d. d. 20. Dec. 1766. §. 2.* Geſchiehet das Hazard-Spielen an einem Feyertage, es geſchehe gleich ſolches in den ſonſt erlaubten Stunden oder ſpäter, wird aus den Num. 4. angezeigten Urſachen von der Strafe, 5 Thlr. zu milden Sachen, das übrige aber der Obrigkeit zugeſprochen.

6) *Formula pronunciandi* bey erlaubten aber zu hoch und am Feyertage getriebenen Spiele: Daß Chriſtian Göpel, Johann George Pippig, Chriſtian Muſch und Gotlob Haſe ihres am letzt abgewichenen andern Pfingſtfeyertage verübten Ungebührniſſes halber, welches Haſe abzuleugnen nicht vermocht, jeglicher um zehen Thaler, davon die Helfte zu milden Sachen anzuwenden, zu beſtrafen, es könnten und wollten denn Pippig, Muſch und Göpel nach vorgehender ſcharfen Verwarnung ꝛc. ſich reinigen und beyde erſtere daß ſie zur angegebenen Zeit über einen Groſchen nicht verſpielet, auch über 10 Uhr nicht gezechet, letzterer aber, daß er zu nur gedachter Stunde ernſtlich und mit dem Vorſatze dem fernern Zechen dadurch Einhalt zu thun, Feyerabend gebothen, auch ſein Vorgeben, daß er, was maaſen ſeine Gäſte hohe Spiele getrieben, nicht gewußt habe, ſchwören, ſo ſind zwar Pippig, Muſch und Göpel mit der zuerkannten Strafe zu verſchonen, jedoch dieſelben auf beyde Fälle nebſt Haſen die verurſachten Unkoſten abzuſtatten ſchuldig.

7) For-

7) *Formula pronunciandi* bey Hazard-Spielen an einem Buß oder andern Feyertage: Dieweil Grobhäuſern unter die Hazard-Spiele zu zählen, ſo wird der Schenkwirth G. weil er die Charten hierzu wiſſentlich hergegeben, um 40 Thlr. worunter 5 Thlr. zu milden Sachen anzuwenden, hingegen N. und C. als welcher letzterer dieſes verbothene Spiel, zu gedachter Zeit, geſpielet zu haben eingeräumet, jeglicher um 50 Thlr. worunter ebenfalls 5 Thlr. zu milden Sachen zu gebrauchen, beſtrafet, oder, wenn ſie ſolches zu bezahlen außer Stande, jeglicher mit drey monatlichen Gefängniſſe beſtrafet, es könnte und wollte denn N. nach vorgehender ꝛc. ſich reinigen, und daß er zur angegebenen Zeit nicht Grobhäuſern, ſondern das Contra geſpielet, ſchwören, ſo wird bey ihm obige Strafe bis auf 2 neue Schock, gleichfalls zu milden Sachen, billig vermindert, jedoch ſind allerſeits die aufgewanten Unkoſten ꝛc. Schafkopf, quod ludi nomen, non eſt ludus merae fortunae.

OBSERVATIO CCCCLXXVII.

Ruſtici ob ignorantiam iuris aut neglectum fatalium ne quidem extra Saxoniam in integrum reſtituuntur.

Legum imperitos non poſſe ſuas cauſas ſcite perorare, ſed ſi ipſis con- 1
trouerſia moueatur iuris peritos eſſe conſulendos adeo in ſenſum communem cadit, vt nemo adeo ſit ruſticus, quin id Suapte intelligat. Ergo abſurda excuſatio ſe ob ruſticitatem et iuris ignorantiam fatalia neglexiſſe. Nam eadem ratione etiam opifices in oppidis habitantes, immo nobiles et milites immo inter litteratos medici et theologi et omnes omnino qui non ſunt iuris periti reſtitui poſtulent.

Vnam exceptionem miniſtrat Lex 9. §. 3. ff. *de iuris et fact. ignor.* nempe ſi ruſticis impoſſibile fuerit iureconſultos adire. Audio. Sed hoc caſu etiam ex praetoris clauſula generali opifices reſtituendi, ſi nempe plane impoſſibile fuerit peritos adire.

Vnde non ruſticorum dicendum hoc eſt priuilegium, ſed omnium omnino, qui iuris periti non ſunt. An vero priuilegium Ruſticorum dices id, quod omnibus competit, etiam non ruſticis. Alias rationes ſententia Facultatis Lipſienſis Menſe Octobri 1768. Regimini Gerano data exhibet.

Obwohl Beklagter endlich zu erhalten ſich erbiethet, daß er, wenn der zum Termine angeſetzte 4 Julius geweſen, nicht gewußt habe, übrigens dem Landvolke ehedem der Vorzug gegönnet geweſen, daß die erſte Ungehorſamsbeſchuldigung nicht ſogleich einige Wirkung gehabt,

L. 2. §. 1. D. ſi quis in ius voc. non iver.

und ſelbſt gegenwärtiger Fall, daß nehmlich, wenn ein Bauer ſich an Production derer Urkunden verſäumet, ihm dieſes nicht ſchaden könne, in denen Geſetzen

L. 1. §. fin. D. de edend.

nahmentlich ausgedrucket, alſo da Beklagtens Außenbleiben, wie er endlich erhalten will, bloß ſeiner Unwiſſenheit und angebohrnen Einfalt zuzuſchreiben, daß er in der Kürze wiederum in vorigen Stand zu ſetzen ſey, es ſich anſehen läſſet.

2 Dennoch aber und dieweil den eigentlichen Tag zu verfehlen und bey einer ſo wichtigen Sache nicht genauer um ſeine Schuldigkeit ſich zu bekümmern, ein außerordentliches und grobes Verſchulden, überhaupt aber in allen auch geringern Verſehen, ſich die Landleute heutiges Tages weiter nicht mit der Rechte Unwiſſenheit behelfen mögen, ſintemalen in

L. 9. §. 3. D. de iuris et fact. ignor.

ausdrücklich verordnet, daß ihnen nur alsdenn, wenn ſie keine Gelegenheit gehabt, erfahrne Leute zu Rathe zu ziehen, der Irrthum zu ſtatten komme, alſo da dieſes heutiges Tages allemal geſchehen kann, daß die Gelegenheit Rechtsgelehrte zu befragen möglich geweſen, eine Praeſumtionem iuris et de iure dergeſtalt abgiebet, daß wenn auch ein Bauersmann ſeine Einfalt beweiſen wollte, er damit nicht zu hören, mithin alles dasjenige, ſo zum Vortheile des Landvolkes in Römiſchen Geſetzen verordnet, gänzlich außer Uebung,

ſinte-

ſintemalen zwiſchen Bauren und andern gemeinen Leuten in denen Städten, welchen letztern dergleichen Vortheil niemals verſtattet geweſen, nach jetzigen in Teutſchland üblichen Gerichtsbrauche, diesfalls nicht der mindeſte Unterſcheid. So iſt ꝛc.

OBSERVATIO CCCCLXXVIIII.

Non omne quod odium parit, crimen eſt; nam alias ipſa veritas tale foret.

Intolerantia eſt crimen, Haereſis non eſt;

Nec Atheiſmus inter delicta referendus.

Haeretificina pacem publicam turbat.

Omne bellum, quod religionis non defendendae ſed propagandae cauſa ſuſcipitur, iniuſtum.

Cum nemo ſuam intelligentiam poſſit ſubiicere intelligentiae alterius, crudele eſt, religionem non argumentis, ſed armis, propagare. Etenim primarium in religione eſt veritas. Nemini autem perſuaſum eſſe poterit pro altero aliquid verum aut falſum eſſe; multo minus vni pro omnibus. Neſcio ergo, an Pontifex iure ſibi arroget poteſtatem authentice interpretandi ſcripturam ſacram, *cap. 23. X. de teſtib. cap. 18. X. de iureiur.* ac ſe in rebus fidei fallere et falli neſcium perfiteri, vtpote a quo auctoritas ſacrae ſcripturae dependeat, *can. 2. diſt. 9.* quod BELLARMINVS *lib. 2 c. 5. de Rom. Pontif.* eo vsque extendit, vt biblia poſſit omnino abrogare et, ſi vellet, eis fabulas Phaedri ſubſtituere, quae inter Proteſtantes fere opinio HOBBESII *in Leviath. cap. 33. 39. 42 et de Ciue c. 17. §. 21. c. 18. §. 14.* ſi quidem is principi tribuit, quae Romani ſuo pontifici, nempe vt ſcriptura ſacra ſolummodo ex auctoritate magiſtratus legis vim naneiſcatur. GEORG. HENR. GÖTZE *Diſs. Num ſcriptura ſacra, remota eccleſiae auctoritate, eiusdem auctoritatis ſit, ac Fabulae Aeſopi? Lipſ.* 1700. 4. Neque tamen audeo haec vituperare, quia, vti

 apud

apud catholicos a Pontifice, ita apud nos a libris Symbolicis veritas articulorum fidei dependet. Hoc ſolum dico omnem vim, omne bellum ad propagandam religionem ſuſceptum, mihi pariter vt GROTIO *de I. B. et P. lib. 2. c. 20.* iniuſtiſſimum videri. Qui contra ſentiunt, quid quaeſo aliud perhibent, quam diras perſecutiones, quibus Diocletianus aliique
2 imperatores Romani Chriſtianos affeciſſe dicuntur, legitimas fuiſſe. Ergo tolerandi aequo animo diſſentientes. Hoc cum iuriſconſulti vno ore omnes clament, vti malumus auctoritate theologi valde orthodoxi, SÜSEMILCHI in Götl. Ordn. in Veränderung des menſchl. Geſchl. *P. I. cap.* 14. §. 279 Eine vernünftige Toleranz verbannet den falſchen Eifer, die Gewalt, den Haß und die Verfolgung derer, welche anderer Meynung ſind: Die Gewalt iſt wider die Vernunft, wider die Natur eines freyen Geiſtes, der nur kann überredet, nicht aber gezwungen werden. Feuer und Schwerd, Gefängniſſe und Galeren ſind die Verabſcheuungs würdigſten Bekehrungsmittel. Will jemand ſeine Meynung und Irrthum nicht verlaſſen, ſo muß man ihn in dem Staate dulten, Schutz und Gerechtigkeit ihm angedeihen laſſen, ſo lange er ſich ſonſt als ein getreuer Unterthan ruhig verhält. Spanien fühlet die Ausjagung der Mauren noch, und hätte es durch das abſcheuliche Gerichte der Inquiſition nicht nachher allen Proteſtanten die Thüre verſchloſſen, ſo würde es gewiß in einem ganz andern Zuſtande ſeyn. Poſſunt quidem arma homines deſtruere, qui vera credunt, nunquam autem ipſam de-
3 ſtruent veritatem. Sed de ferendis diſſentientibus dicere pergam. Nempe perſecutioni Tolerantia opponitur. Si ex me quaeras, quid de hac patientia ſentiam? reſpondeo: ſi non tolerandos diſſentientes dixerim, ſi fugandos, cruciandos ſuaſerim, quomodo poſſit in me habitare anima Chriſti praeceptis imbuta, qui etiam hoſtes amandos praecepit et cum cruci affixus eſſet ab incredulis, ex hac ipſa cruce *Lucae XXIII.* 34. tales ad Deum preces fudit: *Pater! ignoſce eis, neſciunt enim quid faciant.* Hoc Chriſti dictum velim theologi vsque cogitent, ſi fratrem a ſemita aberrantem conſpexerint. Qui neſcit, quod faciat, ei Chriſtus ait eſſe ignoſcendum. Breuiter: qui contra tolerantiam ſe exarmat, eo ipſo prodit, ſe non eſſe Chriſtianum. Illi vero: ſe non ſui ſed dei cauſa haereticos perſequi, et cremare haereticos propter gloriam Dei. Audiant vero LACTANTIVM ad Pentadium cap. 53. qui ita ait: *Sed haec facere ſe dicunt, vt deos ſuos defendant. Primum ſi dii ſunt et habent aliquid poteſtatis*

*teſtatis et numinis, defenſione hominis patrocinioque non indigent, ſed ſe
ipſos vtique defendunt. Stultum igitur et vanum, deorum eſſe vindices
velle. Qui patrocinium Dei, quem colit, ſuſcipit, illum eſſe nihil confi-
tetur.* Indignatus autem ſum maximopere, quoties eos qui tolerantiam 4
ſuadent, audiui odioſo Indifferentiſtarum nomine proſcindi. Hae artes
turpiſſimae aduerſariorum. Nihil nempe facilius, quam ignominioſe ali-
quem Atheiſtam vel Indifferentiſtam increpare. Ecce vero Indifferentiſta
is demum eſt, qui apud catholicos ſe catholicum, apud Lutheranos Lu-
theranum, apud Turcas Mahometanum profitetur, ac vnamquamque
religionem beatos efficere arbitratur. Non tale faciunt, qui tolerantiam
ſuadent, ſed illi vnum cultum v. c. Lutheranum tenaciter amplexi, alios
tamen diſſentientes ſecum viuere patiuntur abſque odio et ſine perſecu-
tione. Nihil homines impatientius ferunt, quam opiniones ſuas, quas
veriſſimas eſſe ſibi perſuaſerunt, pro criminibus haberi, et punibilia vi-
dei quae ſumma pietate in Deum et vero amore faciunt. Eſt hoc
omnino liberaliori ingenio immo naturae humanae pugionem admouere.
LVTHERVS de pontificis, primi Chriſtiani de fero ethnicorum odio la- 5
mentabantur, et cum a Diocletiano infames iudicarentur, LACTANTIVS
de Mortib. perſecut. cap. 13. hanc tyrannidem et

Furorem vulgi, diuos ſolos eſſe credentis,
Quos ipſe colit

mirum in modum exagitat: *Poſtridie,* inquit, *propoſitum eſt edictum, quo
cauebatur: vt Chriſtiani carerent omni honore ac dignitate, aduerſus eos
omnis actio valeret, ipſi non de iniuria, non de rebus ablatis agere poſ-
ſent. Libertatem denique et uocem non haberent.* Tale edictum Diocle-
tiani merito Lactantius tanquam crudele et a ratione alienum exagitat.
Vtinam vero Chriſtiani, cum rerum potirentur, non eandem tyrannidem
arripuiſſent, et dicti illius: Quod vobis non voluiſtis fieri, aliis ne facia-
tis, vetuſtiſſimi a Chriſto repetiti memores fuiſſent. Sed ſcena penitus
mutata et crudeliſſime habiti fuerunt ethnici, quorum etiam templa in-
cenſa vt plura nefanda taceam. Hanc rerum converſionem hiſtorice
enarrauit BÖHMER *I. E. P. Tom.* 4. *lib.* 5. *tit.* 6. §. 4 *ſeq.* Taceo quam- 6
libet ſectam nimis facile de haereticis pronunciare, cum tamen quisnam
haereticus ſit, ipſe AVGVSTINVS *libro* 2. *contra Creſconium cap.* 3. non
auſus

auſus ſit definire. Periculoſum certe eum, qui alia, quam vulgus, ſentit, talem putare, cum plane contrarium viſum fuerit ZASIO, qui dicere ſolebat: *Communis opinio, ergo falſa.* Nonne tota chriſtiana religio, nonne Lutheri doctrina initio opinio ſingulorum? Quondam Antipodes credere, haereſin inuoluebat, LACTANTIVS *Inſtit. 3. cap. 23.* ſiquidem S. Virgilius ſeculo octauo haereticus declaratus et excommunicatus eſt a S. Bonifacio quoniam antipodes ſtatuebat, quod in contumeliam ita vertebatur, quaſi alium orbem crederet a Chriſto non redemtum. Tellurem immoto ſole moueri, quae nunc communis, quondam opinio vnius Copernici. Sed quaecunque demum haereſis videatur, eam tamen non eſſe crimen, tempore CHRISTIANI THOMASII nouum dogma videbatur, nunc valde tritum. Quis enim vnquam errori ſceleris nomen dedit? quis furioſum ob furorem igni ſubiecit, aut coecum, quia curuum a recto dignoſcere et colorum varietates ſentire non potuit? Non ergo quemquam ob imbecillitatem intellectus trucidandum, ſed ne fuſtigandum quidem, puto. Si duos nuncios, vnum claudum, alterum pede velociſſimum ad eundem locum vno eodemque tempore miſeris, an, ſi ſapiens es, verberabis claudicantem, quod tardius altero reuerſus eſt? Is vero te non ſolum crudelem, ſed, quae maior ignominia, ſtultum vociferabit, qui neſcias ob plantae vitium citius reuerti non potuiſſe. Aurea verba SALVIANI de Gubernat. Dei lib. 5. cap. 2. de Arianis loquentis: *Haeretici ſunt, ſed non ſcientes: denique apud nos ſunt haeretici, apud ſe non ſunt; nam in tantum ſe catholicos eſſe iudicant, vt nos ipſos titulo haereticae prauitatis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, et hoc nos illis. Nos illos iniuriam diuinae generationi facere certi ſumus, quod minorem patre filium dicant, illi nos iniurioſos patri exiſtimant, quod aequales eſſe credamus. Veritas apud nos eſt, ſed illi apud ſe eſſe, praeſumunt. Impii ſunt, ſed hoc putant veram eſſe pietatem. Errant ergo, ſed bono animo errant, non odio, ſed affectu dei. Interim idcirco eis, vt reor, patientiam deus commodat, quia videt, eos, etſi non recte credere, affectu tamen piae opinionis errare.* Plura huiusmodi patrum eccleſiae effata collegit GROTIVS *in notis ad lib. 2. de I. B. et P. cap. 20. §. 43. 49. 50.* Inprimis legendus MONTESQVIEV *L'eſprit de Loix. lib. 25. cap. 13.* cuius verba Germanice verſa adſcribam: Ihr Chriſten beklaget euch, daß der Kayſer von Japan eure Glaubensgenoſſen mit langſamen Feuer

ver-

verbrennen läßt. Aber er wird antworten: Wir begegnen euch, die ihr nicht glaubet, was wir glauben, wie ihr denen begegnet, die nicht eures Glaubens ſind. Wenn die Mahomedaner die Anzahl ihrer Gläubigen rühmen, ſo antwortet ihr: Die Gewalt habe ihnen ſolche zuwege gebracht, und ſie hätten ihre Religion durch das Schwerd ausgebreitet. Warum breitet ihr denn die eurige mit Feuer aus? ihr beweiſet die Wahrheit eures Glaubens durch die Verfolgung der Heyden und den Tod eurer Märtyrer. Aber heutiges Tages ſpielet ihr die Rolle eines **Diocletians**, und laſſet uns die eurige ſpielen. Wir beſchweren euch mit uns zu handeln, wie euer Lehrer mit uns handeln würde, wenn er noch auf Erden lebte. Ihr wollet, daß wir Chriſten ſeyn ſollen, da ihr es ſelbſt nicht ſeyd. Begegnet uns ſo, wie ihr uns begegnen würdet, wenn ihr nichts als das ſchwache Licht der Gerechtigkeit hättet, das uns die Vernunft giebet. Wenn einer von unſern Nachkommen ſich getrauen ſollte, zu ſagen, daß im jetzigen Jahrhunderte die Völker von Europa geſittet geweſen, ſo wird man den Verfolgungs-Geiſt als ein Beyſpiel anführen, zu erweiſen, daß ſie Barbaren geweſen. Quis hodie credat Anno 1611. die 5 Martii Inquiſitionem Romanam decretum publicaſſe ſolenne contra opinionem COPERNICI tanquam Scripturae ſacrae contrariam. GALILAEVS GALILAEI 1633. ab eadem Inquiſitione condemnabitur ad carceres, in quibus ſeptem Pſalmos poenitentiales per ſeptimanas ſingulas recitaret, quia motum telluris circa ſolem docuerat, in quo decreto Copernicanum Syſtema abſurdum in philoſophia et erroneum in fide dicitur.

Noui vnum tantum in iure canonico locum incredulis fauorabilem,
nempe Canonem 5. Diſtinct. 45. *Praecipit ſancta ſynodus, nemini deinceps* 8
ad credendum vim inferri. Cui enim vult deus miſeretur et quem vult indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiae. De Iudaeis ibi ſermo eſt, cum quibus, quoniam ſemiſſem ſcripturae ſacrae nobiscum communem habent, mitius actum, quam paganis, aut etiam aberrantibus chriſtianorum ſectis, quae Haereſes dicuntur. Nam monachorum et pontificum haec praecepta ſunt: vt hae- 9
reticos princeps armata manu proſequi debeat, *Cap.* 9. *et* 13. *X. de haeretic.* vt careant omni honore ac dignitate, *cap.* 16. *X. de haeretic. can.* 31. *cauſ.* 24. *qu.* 1. *L.* 10. §. 3. *C. de pagan.* in eos quicquid libet, ipſis nihil, liceat, PERTSCH *Elem. Iur. Can. Part.* 2. §. 301. BÖHMER *Inſt. Iur.*

Can. p. 634. *ſeq.* vt neglecto iuris ordine contra eos procedatur, *cap.* 5. *de haeretic. in* 6. bona fiſco addicantur, *cap.* 10. 13. *X. de haeretic.* ſepulti exhumentur, ab omni ſucceſſione excludantur, *cap.* 13. *X de haeretic.* habeantur infames, *Auth. Gazaros C. de haeret.* non ſit cum iis vllum connubium, non donandi, non emendi, non contrahendi habeant facultatem, *L.* 4. §. 3. *C de haeretic.* non ſint domini rerum ſuarum, *L.* 10. §. 3. *C. de pagan.* ſi cingulum militiae habeant, nudentur eo, *cap.* 32. *C.* 24. *qu.* 1. fides eis nulla ſeruetur, inprimis vero libri eorum conquirantur et crementur, quae librorum gentilium combuſtio iam ſeculo IV. maſcule exercita, vt BOEHMERVS *I. E. P. tom.* 4. *lib.* 5. *tit.* 7. §. *90. ſequ.* hiſtorice docet, tandem, quae propria crimini poena, rogo imponantur, vt iuſtitia humana imitetur diuinam. Nempe quoniam Deus poſt mortem eos aeterno igne punit, iudex, in orbe terrarum quaſi eius imago et vicarius, eandem ignis poenam decernere debuit. Quid ad haec DIOCLETIANI contra Chriſtianos edictum ſupra ex Lactantio adductum? Conſtantinus M. ad mortem condemnabat anno Chriſti 325. omnes qui Arrii haeretica ſcripta in domo abſcondita haberent aut legerent. Tale nunquam in Chriſtianos ſtatuerunt pagani vt ipſe Diocletianus mitior videatur Conſtantino. Satis ergo dura haereticorum conditio, ſed durior paganorum, vtpote in quos adhuc plura licent, ſiquidem canibus eos lacerandos obiicere, comburere, necare et cruciatibus affligere nullatenus iniquum, ſi modo id pia et chriſtiana intentione fiat. Laudati enim a pontifice Hiſpani, quod tale in India fecerunt. Qui corpus miſcet cum ethnica muliere o lepidam philoſophiam! Sodomiam committit (Obſ. CCCCXXVI.) Inprimis illis commeatum et arma ſufferre, aut foedus cum iis inire, crimen maximum. *Bullarium Magn. Tom.* 1. *pag.* 113. Contra autem infidelibus non idem licet in Chriſtianos. Hanc bellam philoſophiam diſcuſſit GROTIVS *in I. B. et P. lib.* 2. *cap.* 20. §. 48. 49. eoque meruit, vt in Indicem librorum prohibitorum colloceretur.

10 Si ſpatium chartae aut tempus ſupereſſet, facile poteram loca colligere ex Lutheri et Melanchtonis ſcriptis, quibus libertatem ſentiendi, qua ipſi certe vtebantur, aureis verbis extulerunt, et tyrannidem Papae declamarunt.

Cum

Cum ergo haereſin criminum numero exemerim, age videamus, 11 quales ii ſint, quibus volupe eſt, alios perſequi. Nempe qui ſine cauſa alios de haereſi aut infidelitate ſuſpectos facit, perpetrat crimen *Haeretificii.* Hoc verum crimen eſt, quia pacem publicam turbat, et libertatem iudicii et intellectus, quae non poteſt opprimi, ſtudent opprimere. Ergo haeretificina in miniſtris eccleſiae punienda vt copioſe docuit BÖHMER *Conſultat. Tom.* I. *Reſp.* 110. RECHENBERG *de crimine haeretificii* ZIMMERMAN *Diſputatio Tiguri habita de crimine haeretificationis.* Nihil enim magis anxie moliuntur, quam rempublicam in tantas anguſtias reducere ac colaborare, ne viri ingenui ſuſtineantur. Non ob facinora homines ſed ideo, quod liberalioris ſunt ingenii, hoſtes declarant, vt flammis ſubiiciantur. Deum teſtor, me experientia indubitata intellexiſſe, hos id facere non veri ſtudio, ſed ex regnandi libidine. Sunt enim incredibiliter praeſumtuoſi, cum palam profiteantur, ſe electos eſſe, vt Deo aſſiſtant, ideoque ſua decreta, ſtolidiſſima vt plurimum, diuina eſſe. Neque tamen tacebo, quae contra haec excogitari poſſint, adſcribendo ea quae certi in vicinia ſtatus tempore comitiorum oblocuti:

Nur eine Bitte iſt übrig, die wir bey dieſer Gelegenheit an Ew. Durchl. abzulaſſen uns unterwinden. Schon ſeit verſchiedenen Jahren haben ſich in einigen Dorfſchaften Unterthanen gefunden, welche ſich eine eigne Religion gemachet, und die man gemeiniglich mit dem allgemeinen Nahmen von Separatiſten zu benennen pfleget; Unter dem Vorwande, daß ſie ſelbſt frey von aller Sünde ſind, und unter dem Scheine eines guten Betragens und der Erfüllung der Pflichten einer natürlichen Religion, glauben ſie berechtiget zu ſeyn, den öffentlichen Gottesdienſt zu verachten und ſich von alle dem auszuſchließen, was zu dem weſentlichen unſerer Religion, unſers Glaubens und der Augſpurgiſchen Confeßion gehöret, dieſes Gift, gnädigſter Herr, iſt deſto gefährlicher, je langſamer es wirket, und es haben ſich die Grundſätze dieſer Leute ſo ſehr ausgebreitet, daß zu befürchten ſtehet, es werden ſolche zuletzt ſo weit um ſich greifen, daß ſie zu einer Zeit, wo Religion und Gewiſſen, zum großen Nachtheil des gemeinen Beſten, faſt leere Nahmen ſind, vor ſelbige die gefährlichſten Folgen haben werden. An Ew. Durchl. als an einen Fürſten, der ſelbſt überzeuget iſt, wie unzertrennlich eine wahre Gottesfurcht und eine Achtung gegen die Religion und ſelbſt gegen den äußer-

äuſſerlichen Gottesdienſt mit der Wohlfahrt eines Staates verbunden iſt, können wir es wagen, die unterthänigſte Bitte ergehen zu laſſen, der weitern Ausbreitung dieſer Art Leute, ohne in den Geiſt der Verfolgung auszubrechen, nachdrücklichen Einhalt thun zu laſſen und denen Obrigkeiten die genaueſte Beobachtung, derer wieder die Haltung heimlicher Zuſammenkünfte, Anſtößigmachung und Dultung ſolcher Leute und der nach ihrem Tode wegen Verſorgung eines ehrlichen Begräbniſſes in das Land ergangenen Mandate, in deren Befolgung man vielleicht nach denen Geſinnungen deren jetzigen auf eine eingebildete Toleranz ſehende Zeiten, zu nachläßig geweſen, gemeſſenſt anzubefehlen. Ew. Churfürſtl. Durchl. höchſtes Einſehen wird allein vermögend ſeyn, dasjenige auszurichten, was bisher aller Geiſt der Sanftmuth zu bereiten nicht vermögend geweſen iſt, und höchſt dero Vorſorge in einem Theil, der ſo weſentlich zur Wohlfahrt eines Staates gehöret, wird auch auf das Wohl und den Ruheſtand des Landes den geſegneten Einfluß haben.

12 Credo facile omnes in haec conſenſuros eſſe, ſed quid Atheis faciamus? Ecce *Atheiſmus*, quem theoreticum vocant, crimen non eſt. Habeo in ea re conſentientem theologum WALCHIVM *in Lexico Philoſophico ſ. v.* **Atheiſterey** vbi ita ait: Die erſten Chriſten wurden von Heyden, als Atheiſten ausgeſchrien, wie aus dem ATHENAGORA und CLEMENTE ALEXANDRINO zu erſehen, und ſo machen es auch noch die Papiſten, daß ſie die Lutheraner für Atheiſten ausgeben, worunter unter andern POSSEVINVS in ſeiner Bibliothek Lutherum, Melanchtonem und mehrere geſetzet. Denn weil dieſer Nahme ſo verhaßt iſt, ſo ſuchet man unſchuldige Leute dadurch in Verachtung zu bringen. — — Ich glaube, daß durch die Schriften wider die Atheiſten noch wenig bekehret worden. Man thut am beſten, daß man für ſie betet, daß ſie Gott bekehren wolle. Iſt die eigentliche Atheiſterey ein Irrthum, ſo folget daraus, daß ſie keiner menſchlichen und bürgerlichen Strafe unterworfen ſey, weil ſich die menſchliche Herrſchaft nicht ſo weit erſtrecket. Wenn aber inzwiſchen ein Atheiſte die äußerliche Ruhe ſtöhret, ſo kann man ihn zwar zur Strafe ziehen, er wird aber nicht als ein Atheiſte, ſondern als ein Stöhrer der äußerlichen Ruhe geſtrafet, doch muß man auch im letztern Falle behutſam gehen. Es fraget ſich, ob die Atheiſterey oder Aberglaube in der Republik ſchädlicher ſey. **Peter Bayle** meynet in der *Continuation des penſées diuerſes* und in der *Reſponſe*

aux

aux queſtions d'un provincial tom. 4. *c.* 17. auch anderswo, der Aber-
glaube ſey ſchädlicher und gefährlicher. Praeter Walchium etiam alii, tam
theologi quam iuriſconſulti, negarunt Atheiſmum crimen eſſe, quorum
nomina recenſet LIPENII *Bibliotheca ſ. v. Atheus.* Conſentit etiam
FLEISCHER in Einl. z. Geiſtl. R. *lib.* 2. *cap.* 29. §. 28. vbi ait: Es
kann die Atheiſterey unmöglich als ein Verbrechen betrachtet werden, denn
der Atheiſte ſtöhret die äußerliche Ruhe nicht. Er lebet auch nicht ſchlimmer
als ein abergläubiſcher und ruchloſer Heuchler. Nam generatim ſuperſtitio 13
omni haereſi periculoſior, quoniam ad enthuſiaſmum ducit, qui morbus
quibusdam in ſeculis epidemicus. Hoc infecti quaelibet audent, nec ſtri-
ctos in ſe gladios nec accenſos ignes timent. Nec rationis dictamina
ſed in verba magiſtrorum et receptas formulas iurant, quod improbauit
Thomaſius, cuius hoc dictatum perennat: *Diabolum eſſe lapidem angula-
rem ſyſtematum theologicorum.*

Doctrina haec infamis quaelibet arma contra haereticos iuſta eſſe, *Expeditiones cruciatas* peperit, quae non ſolum contra Mahomedanos, verum etiam contra Albigenſes et Valdenſes, deinde vero etiam contra Henricum IV. Fridericum II. et Amadeum Sabaudiae ducem Papa eo vſque molitus eſt, vt contra eos vndique praedicatores crucis emitterentur. Inde etiam orta contributio ad expeditionem turcicam cui collectae clerici ſe ſubducere nequeunt. BOEHMER *Ius Paroch.* Sect. 5. 3. 17. Sed Romano-catholicis multi iam ob eam rem dicam ſcripſerunt. Quid autem Caluiniſtae? Hos Genuae SERVETVM qui diuinitatem Chriſti negabat, combuſſiſſe flammis euangelicis iamdudum puduit. Si ſpatium chartae aut temporis ſupereſſet, facile poteram loca colligere ex Lutheri et Melanchthonis ſcriptis, quibus libertatem ſentiendi, qua ipſi certe vtebantur, aureis verbis extulerunt, et contra tyrannidem Papae declamarunt.

Qui ſine cauſa alios de haereſi aut infidelitate ſuſpectos facit perpetrat crimen Haeretificii, quo qui infecti ſunt libere condemnant et coeleſti aula eiiciunt quos volunt, ſibique ſolis Elyſios campos vindicant. Hic quaſi-Machiauelliſmus clericalis vt id appellant. BOEHMER *I. E. P. tom.* 4. *lib* 5. *tit.* 7. §. 225 *ſeqq. et Conſultat. Tom. I. Reſp.* 110. RECHENBERG *de crimine haeretificii.* ZIMMERMANNI *Diſputatio Tiguri habita*

habita de crimine haeretiſicationis. Sed et poetam adducere iuat Haeretificem lepide hiſce verſiculis depingentem

Pour lui tout eſt ſcandale et tout impieté.
Aſſurer, que ce globe en ſa courſe emporté
S'eleve a l' Equateur, en tournant ſur lui meme,
C' eſt un rafinement de erreur et de blaſpheme.
MALEBRANCHE *eſt Spinoſiſte et* LOKE *en ſes ecrits*
Du venin d' Epicure infecte les eſprits,
POPE *eſt un ſcelerat, de qui la plume impie*
Oſe, vanter de Dieu la clemence infinie,
Qui pretend follement, o le mauvais Chretien!
Que Dieu nous aime tout, et qu' ici tout eſt bien.

Quod autem mirabilius vnus orthodoxus non raro alterum ſe ipſo, vt ita dicam, orthodoxiorem haereſeos infamia proſcindit, ſi aliquid audet ſcribere, quod non ſit ſcriptum aliis, vt pium etiam Gerhardum non dubitauerint atro lapillo notare, qui quidem de hac calumnia ſic conqueritur:

Qui ſtudium hoc aeuo pietatis gnauiter vrget,
Et ſophies partem tractat vtramque ſacrae,
Ille Roſencrucius vel Weigelianus habetur,
Et nota turpis ei ſcribitur haereſeos:
De me non verita eſt vitioſa calumnia id ipſum
Spargere et his nugis conciliare fidem.
O coecas hominum mentes, o pectora coeca!
O ſine iudicio debile iudicium.

Haec cum ſic ſoleant fieri, facile credimus REVCHLINO qui ſcribit: *Diuum Paulum, ſi hodie viueret, vix ignes euaſurum.* Fontes huius criminis in amore ſui nimio quaerimus, bile abundantiori, vindictae ſtudio, crudelitate, hypocriſi et dogmate prauo: ſi violandum eſt ius, religionis cauſa violandum eſt; accedit etiam dolus et quae maxima commoditas praetextu zeli, quaelibet audendi, hoc obtentu vitia celant et veſtiunt, probeque norunt, propter hanc ſpecioſam excuſationem, ſe impunes fore. Nam colorem et praetextum gloriae diuinae plerumque eſſe pallium quaeſitae a clero tyrannidis demonſtrauit THOMASIVS *Cautel. Iuriſpr.*

Iuriſpr. Eccl. cap. 17. §. 42. Hanc inuidioſiſſimam clericorum auribus cantilenam finio BROKESII verbis **Irdiſches Vergnügen in Gott** *Tom. 6. p. 498.* poëtae quem omnes religioſiſſimum norunt:

Wenn nicht die Obrigkeit gelindre Triebe nährte,
Sie ihren Geiſtlichen den heilgen Eifer wehrte,
So würde dem zur Ehr, der dieſe Welt gemacht
Der gröſzte Theil der Welt gottſelig umgebracht.

Ne autem putes hanc philoſophiam ad Fori vſum nihil pertinere adſcribam decidendi rationes a Facultate iuridica Lipſienſi Menſe Maio 1771. ad Laubanenſium in Luſatia magiſtratum in eos qui domum Schlegelii ad catholicos transfugae ſubuerterant. Immaaſen ihr Vorwand, daſz ſie dieſes alles aus Eifer für ihre Religion gethan um ſo viel weniger in Erwegung kommt, je mehr aus der Erfahrung hinlänglich und ſattſam bekannt, daſz zu allen Zeiten erbitterte und rachgierige Gemüther unter dem Vorwande der der Ehre Gottes und dem Deckmantel der Religion Grauſamkeiten, wozu der Hochmuth ſie verleitet und andere Laſter zu verüben ſich kein Gewiſſen machen, welche Verfolgung, zumal wo zweyerley Religions-Verwandten einander nach denen Grundgeſetzen dulden müſſen, nicht einreiſzen noch weiter um ſich greifen darf.

Si quis verbulum dixerit, quod vel per centum meatus poſſit aliquantulum dogmatibus receptis officere, aeſtuant, atque humanos de pectore ſenſus dimittunt

Illico cernuntur trepidis delubra moueri
Sedibus.

Ceterum Deos ex ſua perſona metiuntur atque eos ad nocendum ſemper paratos putant. Sic amandos timent. Pulchrum de iis exſtat Illuſtris BELII programma quod *Barbaries, Fanaticiſmi filia* inſcriptum, ex quo paucula decerpam: *Semper inquit, hic morbus phantaſiae ſua tantum via a ratione aliena graſſari audet*

Transuolat in medio poſita et fugientia captat,

Deliria

Deliria veritati ſubſtituit et in his quoque ſe Dei cauſam agere putat, atque adeo moderationis et humanitatis expers eſt, vt ſaeuiſſimo odio proſequatur omnes quicunque ſecum in eadem deuia deflectere recuſant, nam vt STOBAEVS Serm. 22. *veriſſime dixit,* omnis ſuperſtitioſus ſimul ſuperbus eſt, *itaque ſi copia ſit, vexat ceteros modis quibuscunque, communi humanitatis ſorte frui non patitur, nonnunquam etiam poſt fortunae bona vita priuandos iudicat. Quid enim bacchanti inſaniae durum poſſit videri? Simplicitatem veritatis et rectam rationem inuidioſe traducit verbisque et factis lacerat, cum huic res abſtruſas et ratione non adſequendas praeponat, quas ſubtiles vmbras et fallacia ſpectra ſi transferre ad fructum ingenii et vitae velis, quaſi de manibus elabuntur.*

Idem BELIVS in alio Programmate: *Superbiae intolerandae ſaepius modeſtiae externam ſpeciem induunt. Quemadmodum autem veteri proverbio dicitur:*

— Bacchae bacchanti ſi velis aduerſarier
Ex inſana inſaniorem facies.

ſic iſti, quo magis vrgentur atque impugnantur eo pertinacius obſirmant animum et quod Dei cauſam a ſe defendi vociferantur, tanto magis ad eam tuendam obſtringi ſe putant, quanto flagitioſius eam laceſſiri ab impiis et profanis hominibus (h. e. iis quicunque ſecum non conſpirant) conqueruntur. In quo illi non diſſimiles ſunt ſectis fanatico oeſtro concitatis, quas hiſtoria omnium temporum docet tum demum in ſupremam rabiem incidiſſe, cum legibus, poenis ac ſuppliciis in eas ſaeuiri coeptum eſt. — — Totos enim error ille et morbus non mentis ſolum, ſed etiam animi occupauit, vt ſi vel plauſtra ellebori et alexipharmacoporum in eos effundas, tota vita deliraturi ſunt.

Notus eſt LIVII locus de Bacchanalibus ita loquentis: *Nihil eſt in ſpeciem fallacius, quam praua religio, cum* Deorum numen praetenditur ſceleribus, *ſubit enim animos timor, ne fraudibus humanis vindicandis diuini iuris aliquid mixtum violemus.* Vnde in omni ſua cauſa, Dei cauſam intexunt atque ſi ipſis aliquid obiiciatur aut aliquid de reditibus imminuatur, aut ſi, vt ab perſecutionibus haereticorum abſtineant, rogentur. Statim: *Ergone religionem nihil curas?* obganniunt et hoc praetextu

ſaepe

ſaepe etiam principi et magiſtratui ora praecludunt. Multo auten vehementius in apoſtatas ſaeuiunt. Apoſtaſia autem meo iudicio interdum crimen, interdum laudabilis. Nempe ſi quis lucelli cauſa religionem, in qua educatus eſt, quamque veram putat, deſerit, homo is mihi peſſimus. Qui vero ad aliam religionem tranſit, non lucri non honoris cauſa, ſed amore veri, etſi opinione fallatur et nubem pro Iunone amplectatur, tamen omni vituperio caret. Ergo IVLIANI apoſtatae exemplum, licet nobis, qui Chriſtum Deum profitemur ſit inuidioſum, tamen criminis nomine vix inſigniri poteſt. Etenim quod in Conſtantino Magno exploratum a doctis et indubitatum eſt, politicis ex rationibus patriam religionem cum Chriſtianiſmo permutaſſe vt magis tutum haberet imperium, id Iuliano obiici nequit, cuius apoſtaſia ipſi non ſolum nihil profutura, verum res periculi et odii plena erat.

Sane tali tranſitu lucrari nihil amittere omnia poterat. Errauit fateor, ſed intellectus error inter crimina non referendus, nec poena, ſed ſola commiſeratione dignus. Ego vero plane comprehendere non poſſum, quomodo tantus philoſophus, cui ſapientia et eruditione vix alius comparandus, qui ſuperſtitionis Chriſtianos incuſat, quomodo, inquam, ſacrificia, oracula et reliquas gentilium inſanias tali affectu defendat, vt vix haruſpex, vix Numa, vix alius ſacerdos religioſior videatur. Quis talem errorem non deplorauerit in principe probatiſſimae ceteroquin vitae, iuſto, moderato, forti, quem ſolos ſi eccleſiae patres exceperis, omnes ſcriptores ſummis laudibus efferunt. Scripta quae reliquit, de eius eruditione teſtantur, nempe: Eius Caeſares, Defenſio Paganiſmi ab Argenſio edita, Orationes, Epiſtolae etc.

OBSERVATIO CCCCLXXIX.

Eingeſchneitel *ſiue ſuperuita non confundenda cum commeſtibilibus.*

Vidualitium differt a Dotalitio.

Vitalitium eſt reditus viduae, quae dotem non habet, aut ſurdi a feodo excluſi.

1 Eingeſchneitel non eſt Mustheil, ſed diuerſa vtriusque ratio. Differunt enim 1) quod commeſtibilia lege definita, Superuita autem pactis et conuentione voluntaria 2) commeſtibilia in ſolis eſculentis et potulentis conſiſtunt, Superuita autem etiam in foeno, lignis, ſtramentis, ſuibus, anſeribus etc. vt quodammodo comparari poſſit alimentis, quae Auszug appellantur. Sed ius in feodo reale non tribuit, vtpote non ex lege, ſed ex mero pacto, proueniens. 3) Commeſtibilia ſemel tantum praeſtantur, illa quotannis vſque dum vidua viuit, nec ad ſecundas nuptias prouolat. BARTH *de Gerada pag. 662.* 4) Commeſtibilia ſoli viduae nobili debentur, ſed Superuitam etiam maritus ciuici ordinis vxori valide promittit, 5) commeſtibilia ſoli vxori debentur, ſuperuita etiam in maritum cadit, ſi vxor ei talem promiſerit.

3 Itaque Superuita non eſt alia, niſi conuentionalis quaedam prouiſio, qua ex praedio defuncti coniugis ſuperſtiti ſingulis annis quaedam alimenta in pactis vtplurimum dotalibus deſtinantur. STRYK *Cautel. Contr. Sect. 3. cap. 8. §. 4 et 39.*

4 Quidam nuper nobilis in pactis dotalibus vxori ſuae generatim Eingeſchneitel promiſerat, ſine expreſſa quantitate nec nominatis rebus, in quibus conſiſtere deberet. Re ad collegium delata, menſe Octobri 1768. ita reſpondimus:

Obwohl des Eingeſchneidels nur überhaupt in dem Ehevertrage Meldung geſchiehet, jedoch dabey, was dieſerhalb der dereinſtigen Wittbe gereichet werden ſolle, keine beſondre Anzeige vorhanden, da doch Rechtens, daß dieſer denen Eheweibern gegönnete Vortheil, ohne unter denen adelichen und bürgerlichen Wittben zu unterſcheiden, allein vom Verſprechen und der Freygebigkeit abhänget;

5 **Dennoch aber und dieweil** das Eingeſchneidel unter denen der Wittbe gegönneten Vortheilen in der Eheberedung ausdrücklich benennet worden, und wenn ſchon, was ihr dießfals eigentlich gereichet werden ſolle, nicht insbeſon-

beſondere angezeiget, doch genug iſt, daß durch ſolche Benennung bekannter maaſen ein Beytrag zu dem nothdürſtigen Unterhalte und der Heizung angezeiget werde,

WILDVOGEL in Diſſert. de Superuita.

folglich, da einmal erſichtlich, daß der verſtorbene Ehemann ſolches ſeiner dereinſtigen Wittbe habe gereichet wiſſen wollen, die unterlaſſene beſondere Anzeige derer einzelen Stücke die ganze Verordnung um ſo viel weniger vereiteln mag, da in Vergleichung des Bedürfniſſes der Wittbe nach ihrem Stande mit denen Einkünften des zur Zeit des Vertrags vorhanden geweſenen Ritterguths einige Beſtimmung verborgen lieget, ſolchemnach durch richterliches Ermeſſen das Ungewiſſe in ein Gewiſſes zu verwandeln ſtehet: So mag die verwittbete von Berlepſch jährlich einen gewiſſen nach denen Nuzungen des Ritterguths Seebach zu beſtimmenden Beytrag zum Lebensunterhalte, wegen des ihr verſprochenen Eingeſchneidels, wohl verlangen.

Habet haec Superuita aliquam cum *Vidualitio* ſiue Vitalitio ſimili- 7
tudinem, nam vtrumque in alimentis ex praedio praeſtandis conſiſtit. Hoc Vidualitium caue, ne cum Dotalitio confundas. Nam dotalitium non debetur viduae, niſi dotem intulerit, Vidualitium autem in quibusdam extra Saxoniam prouinciis etiam inopi et indotatae. BOEHMER *Conſult. Vol. 1. Part. 2. Conſil. 110. n. 8.* KOPPII Lehns-Proben *Part. 1. pag.* 220. PVFFENDORF *Obſ. 22.* §. 4 LYNKER *Reſp. 145.* Sed in Saxonia et plerisque aliis Germaniae prouinciis hoc onus feodale plane ignoratur, nec ex clientelari praedio quicquam agnati viduae indotatae ſoluere tenentur. CARPZOV. *IV. Reſp.* 20. *num. 16.* Licet menſe Maio 1769. et iterum Menſe Februario 1774. ad regiminis Collegium Detmoldenſe viduae, quae dotem non intulerat, adeoque pauperrimae huiusmodi alimenta vitalitii nomine decreta fuiſſe meminerim; quod plane ex mea ſententia ita factum eſt.

Daher Beklagtens Beſchwerde wider des Klägerin zugebilligte Wittum um ſo viel unbilliger, da er bey einem durch bloßen Gewinn und Glücksfalle überkommenen Lehne der des vorigen Beſitzers faſt ſiebenzigjährigen Wittbe auf ihre noch übrige Lebenszeit gegönneten faſt kümmerlichen Unterhalt zu erſchweren ſuchet, und desfalls auf des erſten Erwerbers Vorſehung,

welcher, daß die Wittben ſeiner Abkömmlinge in Mangel, zur Unanſtändigkeit ſeines Hauſes, ihr Leben beſchließen ſollen, wohl ſchwerlich gewollt haben wird, zur Ungebühr ſich beziehet, auch auf ihr geringes Heyrathsguth keine Rückſicht zu nehmen, da ſie kein Dotalitium ſo mit der Mitgiſt einiges Verhältniß hat, ſondern Vidualitium verlanget, unter welchen beyden billig ein Unterſchied zu machen, allermaaſen letzteres auch einer Wittbe, die ihrem Ehemanne gar nichts zugebracht, der Billigkeit nach gebühret und ſolches durch Ermeſſen des Richters, welcher auf den Stand der Perſonen ſowohl als auf die Beſchaffenheit und Größe des Guthes einige Rückſicht nimmt, beſtimmet zu werden pfleget, wie denn anfänglich man in Deutſchland von einem Dotalitio ſo wenig als von der Dote ſelbſt etwas gewußt, ſondern bloße Leibzucht und Wittum ſo auch vitalitium und vidualitium genennet worden, üblig geweſen, ſintemalen das vormals unbekannte Dotalitium allererſt in neuern Zeiten durch eine ſonderbare Vermengung der deutſchen und römiſchen Rechte entſtanden, das Vidualitium aber zu allen Zeiten unter die Lehnſchulden gerechnet worden, als welches daraus ſich leicht abſehen läſſet, weil die alten deutſchen Geſetze gegen die Eheweiber (als welche die Kinder von der Erbfolge in Allodialvermögen ſogar ausgeſchloſſen) ſich überaus günſtig bezeigen; Wannenhero wenn die Töchter ohne alle vorgängige Einwilligung der Vettern, Geſamthänder und des Lehnherrens aus dem Guthe Lebens-Unterhalt mit Recht begehren, gleiche Wohlthat einer mit eignen Vermögen gar nicht, oder nicht hinlänglich begabten Wittbe um ſo viel weniger abzuſprechen je mehr ihr zu ſtatten kommet, daß Klägerin durch ihre gute Haushaltung, und Sparſamkeit des Ehemannes Guth ſo er bey ſeinem Antritte äußerſt verwüſtet überkommen, ſehr gebeſſert habe, durch die beygebrachten mit L. M. O. P. und R. bemerkten Zeugniſſe alſofort beſcheiniget, dieſes aber bey einer ſolchen Alimenten Sache, ſo ſummariſch zu verhandeln, hinlänglich iſt, alſo Beklagter zurück denken muß, daß Lehns-Beſſerungen denen Allodial-Erben vergüthet werden müſſen, welches aber Klägerin nicht einmal verlanget, ſondern ſtatt deſſen mit einem überaus mäßigen Lebensunterhalte ſich begnügen laſſen will. Haec Regiminis Collegio Detmoldenſi 1774 reſpondimus.

Dotalitium non debetur niſi promiſſum, quod dote oblata fit tacite, Vidualitium autem debetur etiam nec promiſſum, etenim ſolam alimentationem continet vnde dicitur Leibzucht, ex Leib quod vitam et Zucht quod

quod alimenta denotat, verbum compoſitum, vt ſatis abunde in Gloſſariis demonſtratum. Conſentit mecum BVRCH. GOTH. STRVV. *in Element. I. F. cap. XIII.* §. 374. 375. qui Vitalitium ſiue vt rectius dicitur Vidualitium ita deſcribit: Eſt Quantitas redituum viduae, quae dotem non habet, conceſſa vt vitam pro dignitate poſſit tueri. Item vitalitium dicitur, quod Clericus a feodo excluſis, aut etiam Surdis et Mutis vaſalli ſucceſſoribus decernitur; Vitalitii clerico aſſignati exemplum in Sigismundo filio ſecundo Friderici Placidi. FLEISCHER *Inſtit. I. F.* cap. 12. §. 10.

OBSERVATIO CCCCLXXX.

Princeps legibus a ſe datis parere debet.

Innuimus idem iam ſupra *Obſ. CCLXXXV.* Tu autem trito errori adſuetus, principem iure omni ſolutum et ſupra leges eſſe, vſque reponis. Quis enim, dixeris, imperantes, ni ſponte ſuis legibus pareant, coegerit? aut quis, vt in *Nouella 23. cap. 2.* dicitur, tantae maieſtatis, vt nolentem principem poſſit coarctare? Sane lex ſuperioris voluntas dicitur, qualem in regno ſuo princeps non habet, et cum legis virtus ſit, imperare, vetare, punire, quaeris: an ſibi quisquam ipſe imperare aut ſibi legem dicere poſſit? 1

Verum enim vero, licet ciuili vi ille nequeat cogi, tamen obtem- 2
perare debet aeternae diuinitatis voci et iuri cunctis hominibus dato. Ergo ſi non aliud, ſaltim hoc ex ipſa natura, non ex praetoris edicto, natum ſummae aequitatis dictatum: *Vt quod quisque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem vtatur*, imperantes ſuis quodammodo legibus alligat. Nempe perſona in principe duplex, vna principis altera hominis. Non- 3
ne ſi rex ludum talarium cum ſubditis aut in alea ludat, ſe huius ludi legibus ſubmittet? Improbus fuerit, qui in tali certamine vtatur auctoritate ſua et imperio, ad circumueniendum aut defraudandum colluſorem ſuum. Vt autem in ludo, qui ex pacto conſiſtit, ita in omni reliquo principis contractu ſe res habet. §. *fin. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Non ergo alia Aerario, alia ciuibus iura, *L. 4. C. de legib.* ad quam Legem hoc veriſſimum annotauit GOTHOFREDVS: *principem legibus ſolutum*

 tum

tum non eſſe, ſed videri. Itaque ſi agrum emphyteuticarium a ſuo ſubdito emat, huic ad canonem quotannis ſoluendum obligabitur, ſique in vrbe aedes emat, ſubiicitur oneribus ciuilibus magiſtratui ſoluendis et pro ſe ciuem vicarium einen Lehnsträger ſiſtere ſolet. Turpis profecto adulatio: Principem omnia poſſe (*Obſ. DCCXXV.*) Nefas enim foret, ſi in vtilibus v. c. petendo in integrum reſtitutionem iure ciuili vti velit, vbi autem damnoſum ſit, id inſuper habere, ſicuti in Obſeruatione CCLXXXV. demonſtrauimus. Placet quod ENGAVIVS in elementis Iuris Canonici de principe certam religionem amplexo et eccleſiae cuidam ſe adſociante ſcribit. *Perſona*, inquit, *quam quis in ciuitate gerit eique adhaerens dignitas et potentia, vbi quis collegium ingreſſus eſt, quieſcit et dormit in rebus ad hoc negotium ſpectantibus.* v. c. ſi Franco-Murariorum ſocietati ſe adſcribi patiatur. Sic et fiſcus, ſi non aliud expreſſis legibus conſtitutum, vtitur iure communi *L.* 10. *ff. de ius fiſc.* Breuiores hic ſumus, quoniam inferiori Obſeruatione de fiſco et patrimonio principis priuato plura dicturi ſumus.

OBSERVATIO CCCCLXXXI.

Exceptiones omnes eſſe perpetuas, ſine vlla reſtrictione verum.

Exceptio eſt facilior quam actio.

Poſt ſex menſes ex vendito peto equi pretium. Emtor excipit vitioſum fuiſſe. Anne replicare poſſum, hanc exceptionem inanem eſſe, quoniam poſt ſex menſes opponatur? Immo ſemper opponi poteſt. Scriptus in teſtamento heres a filio exheredato hereditatem petit. Filius inofficioſum teſtamentum aſſerit. Anne petitor emortuam eſſe exceptionem iure dixerit, quia poſt quinquennium forte opponatur? Nullo modo, ſemper illa enim attenditur. Ergo omnes exceptiones ſunt perpetuae, etiamſi actiones, quibus reſpondent, ſint temporales. Vnde neſcio, qua ratione doctores quidam ſine vlla iuris auctoritate ſtatuant regulam: omnes exceptiones ſua natura perpetuas eſſe, fallere in illis exceptionibus, quae per modum actionis proponi poſſint. Hoc non intelligo. Quae-

Quaenam enim quaeſo eſt exceptio quae non in actionem conuerti poſſit? Deinde quod ita dicunt, plane falſum et contrarium Legi 5. §. vlt. ff. de doli mali Except. in qua ſcriptum eſt. *Non ſicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda eſt: nam haec perpetuo competit; cum actor quidem in ſua poteſtate habeat, quando vtatur ſuo iure, is autem cum quo agitur, non habeat poteſtatem, quando conueniatur.* Quamuis enim reus exceptionem hanc per modum actionis proponere potuiſſet, tamen ad agendum nemo compellitur, immo laudanda potius patientia hominis lites exſecrantis. Quid quod plane imprudens ac fere inſanus eſſet, qui agere vellet poſſeſſor, cum illum beatum praedicent iura et is expectare poſſit, vſque dum ipſe conueniatur, ne commodis reorum ſine cauſa excidat. Sic etiam exceptio quod metus cauſa perpetua eſt, licet ipſa actio ſit temporalis. *L. fin. C. de tempor. reſtitut.* Pariter reſtitutio in integrum per modum Exceptionis oppoſita perennat, licet minorennitatis tempus et inſuper quadriennium iam praeterfluxerit. CARPZOV *lib.* 2. *Reſp.* 95. *num.* 1. 2. Quaecunque enim ad agendum temporalia ſunt, illa ad excipiendum ſunt perpetua, *L.* 5. *C. de except.* praeter vnicam exceptionem non numeratae dotis itidemque non numeratae pecuniae, quae hanc ob cauſam anomala dicitur. Addo rationes decidendi menſe Iunio 1769. emiſſas. Dieweil Kläger eine gerichtliche Regiſtratur ſeiner Foderung zum Grunde geleget, und daraus executiviſch geklaget, bey welcher Art des Proceſſes alle nicht alſofort erwieſene Ausflüchte, in keine Erwegung zu ziehen, ſolchem nach aber Beklagter, daß er zur Zeit des gethanen Verſprechens noch nicht zu ſeinen Jahren kommen, und hierbey das Vollwort ſeines Vormundes gänzlich ermangelt, blos in der Wiederklage auszuführen hat, welche ihm um deswillen nachgelaſſen werden müſſen, weil keine einzige Ausflucht der Verjährung unterworfen und der Verlauf der in denen Rechten nach erlangter Mündigkeit annoch zur Wiedereinſetzung verſtatteten vierjährigen Friſt, nur denenjenigen, ſo wegen einer Verletzung klagen wollen, nicht aber denenjenigen, ſo in Anſpruch genommen werden, ſchadet; welches im gegenwärtigen Falle um ſo viel mehr ſtatt finden muß, weil der ohne Vormund geſchloſſene Contract von Seiten Beklagtens ſogar nul und nichtig ſeyn, mithin es nicht einmal einer Wiedereinſetzung bedürfen würde, ſo iſt ꝛc. Generatim dico exceptiones actionibus magis priuilegiatas eſſe, quod vel ex antiquo Romanorum iure intelligitur,

tur, quo ex pacto nudo actio quidem nulla naſcebatur, ſed ad exceptionem fundandam pactum etiam nudum ſufficiebat. Facilior ergo exceptio quam actio, vt *ex L. 1. ff. de ſuperfic. L. 7. §. 4. ff. de pact. cap. 71. de reg. iur. in 6to intelligitur.*

OBSERVATIO CCCCLXXXII.

Mente captum aut mutum dominus feodi admittere poteſt, inuitis ſimultanee inueſtitis.

Neglectam eſſe renouationem inueſtiturae a proximiore, agnati remotiores vrgere nequeunt, ſi dominus hoc remiſerit.

Dominus feloniam etiam contra tertium perpetratam valide remittit.

1 Condonat dominus feloniam non ſolum in ſe, verum etiam in tertios commiſſam. (*Obſ. DCCLXXI.*) Intereſt enim potiſſimum domini vaſallos vtiles habere; ergo ſi inutilibus contentus eſſe velit, non vrgere hoc poſſunt alii; ac ſi vrgeant, iis recte reſpondetur, id quod petunt, eſſe de iure tertii. Nec vero ius quaeſitum agnatis eripitur, quod demum poſt domini declarationem: ſe tali homine non vſurum, naſcitur, *arg. II. F. 36.* ibi: *feudum retinere non poteſt, qui ipſe ſeruire non valet.* MOLLER *in Semeſtribus lib. 3. cap. 34.* ita ſcribit: *In aula electoris Saxonici me praeſente duos nobiles inueſtitos memini, quorum alter coecus erat, alter ſurdus et mutus et quidem ita natus. Inueſtitus quoque fuit alius pupillus, quem tutor non tantum mutum et coecum, ſed manibus pedibusque captum et comitiali inſuper morbo obnoxium dicebat, multum agnatis reclamantibus.* Itaque in voluntate domini poſitum, vtrum admittere velit nec ne? Modo monſtra excipias, de quibus I. P. S. lib. 1. art. 4. Uſſe Altviele unde uſſe Twerge erſtirbt weder len noch erbe, noch uſſe Krupel kint. Si non de veris monſtris haec accipias, textus, vti in allodiali, ita etiam feodali, ſucceſſione exoleuiſſe putandus. Diſſentit LYNKER *Deciſ. 136.*

Redeo ad feloniam, qua commiſſa v. c. neglecta renouatione in- 2
ueſtiturae, libere dominus condonat, fruſtra agnatis repugnantibus. Parum enim intereſt, vtrum felonia in dominum, an in alium commiſſa ſit? *L. 71. ff. ad L. Falcid. L. 6 ff. quae in fraud. credit.* Nec argumentum ex *II. F. 24. capit. vlt.* nec ex *Conſtit.* 27. *P.* 3. in contrarium ducitur, quoniam hae leges caſum loquuntur, quo dominus feloniam etiam
contra tertium commiſſam vlciſci conſtituit. Si vero non vlciſcatur ſed 3
remittat potius, nihil hoc ad agnatos, quibus non prius, quam ſecuta domini vindicta, ius enaſcitur. *Adde Obſ. CCCCLXXXVIII.* et Diſputationem quam illuſtris SCHMIDEL ſub meo praeſidio anno 1765. habuit hoc titulo: *Dominum feloniam etiam contra tertium perpetratam valide remittere.* Nam priuatio feodi ideo facinoroſis vaſallis poena ſtatuta, quia domini potiſſimum intereſt, bonos habere vaſallos. Vnde parum agnatos ſed maxime dominum feloniae attingunt, et aequum eſt ſolum hunc peccati veniam dare, in quem id maxime redundat, nec conqueri poſſe agnatos, ſi condonauerit, quoniam eorum ius demum poſt vltionem et vindictam quam dominus ſumit ipſis enaſcatur. Vide plura infra Obſ. DCCLXXI.

OBSERVATIO CCCCLXXXIII.

Exheredare parentes non poſſunt liberos ob alias, quam quae Inquiſitionem ſpecialem merentur, iniurias.

Grauem et inhoneſtam iniuriam *Nouella* 115. *cap.* 3. §. 2. requirit, vt 1
propter eam liberi exheredes ſcribi poſſint. Ea res cum ex arbitrio iudicis tota penderet, BERGER in Oeconomia iuris, vt tamen aliquam certam regulam in re incerta poneret, tunc ſaltim, ſi delictum verum liberi parentibus obieciſſent, exheredationem permittit. Sic vero plus
quam par eſt, liberis indulgetur. Sunt enim iniuriae quaedam nullam 2
criminis obiectionem continentes multo atrociores, quam ſi aliquid leuis criminuli obiiciatur. Nempe ſi filius patrem eine nichtswürdige Canaille und ſacramentiſchen Hundsfut aeſtuante iracundiae calore appellauerit,

hoc, etſi nullam delicti mentionem contineat, tamen grauius puto, quam ſi ob ſtuprum virgini illatum verberanti patri adoleſcens: Vater, ihr habt es ja in der Jugend eben ſo gemachet, reſpondeat. Vt taceam ei, qui patrem ſuum furem appellet, plerumque non in mentem venire, vt eum furti inſimulet, ſed triuiali ſolum conuicio vti, nec de furto obiiciendo cogitare. Malim ergo regulam potius hanc praeſcribere: exheredationem locum non habere, niſi iniuria talis fuerit, propter quam, ſi viuus eum denunciaſſet pater, liberis inquiſitio dictanda fuiſſet, aut etiam ſi crimen patri non leue, ſed tale, propter quod pater relegari potuiſſet, obiiciatur. Non poſſumus tamen, vtut cupiamus, tam certis omnia lineis terminare, quin ſubinde ſuum arbitratio iudicis regnum nihilominus obtineat.

OBSERVATIO CCCCLXXXIV.

Qui fundum poſſidet, is non ſolum libertatem naturalem, verum etiam poſſeſſionem libertatis naturalis habere, praeſumitur.

In poſſeſſorio ſummariiſſimo ſi quis poſſeſſionem libertatis naturalis alleget, non opus habet rotulo.

1 Poſſeſſorium ſummariiſſimum his verbis quidam inſtituerat: Ich beſitze die am Eulenburger Wege gelegene ſo genannte Lorenz Wieſe, und befinde mich dahero auch zugleich in dem Beſitze der natürlichen Freyheit, auf ſolcher irgend eine Dienſtbarkeit, ſie mag Nahmen haben, wie ſie immer wolle, von niemanden zu leiden. Nachdem nun alſo auch Beklagter keinen Beſitz des ſich angemaſeten Weges beyzubringen im Stande ſeyn wird, gleichwohl aber derſelbe am 3ten Merz dieſes Jahres über ſolche Wieſe gefahren, ferner aber daraus, daß niemand in dem Beſitze einer auszuübenden Dienſtbarkeit ſich befindet, nothwendiger Weiſe folget, daß ich im Beſitze der natürlichen Freyheit ſey, ſo bitte ich Beklagten, daß er bey 20. Thaler Strafe ſich aller Beeinträchtigungen, inſonderheit des Fahrens, enthalten möge,

2 auf zu erlegen. In termino affirmabat reus petitorem hunc fundum poſſidere,

dere, negabat autem praefracte eum poſſeſſionem libertatis naturalis ha-
bere, ſe enim potius in poſſeſſione eſſe ſuper pratum vehundi. In ro-
tulo, quem petitor aſſerebat, teſtes interrogati: Ob Zeugen jemals geſe-
hen, daß Beklagter über dieſe Wieſe gefahren? Reſpondebant, ſe hoc non
vidiſſe. Reus cum nullum contrarium rotulum attuliſſet, ſed ſibi per-
ſuaderet, actore, cuius teſtes mere negantes erant, non probante, ab-
ſolutoriam adfuturam eſſe, acta vt iacebant, transmittebantur. Iam inter 3
aſſeſſores multi exiſtimabant: petitorem repellendum videri, quoniam
ex eo, quod eius teſtes non viderant quemquam, praeter dominum, in
prato vehere, nihil ſequeretur, neque enim ita, vt in actione negatoria
per petitorium inſtituta, libertatem naturalem praeſumi poſſe, propterea,
quod in poſſeſſorio non ius ſed factum regnaret, adeoque praeſumtiones
omnes abeſſe deberent. Sed reſpondimus, nihil quidem teſtimonia ad- 4
ducta probare, attamen quoniam in poſſeſſorio ſummariiſſimo ſi quis li-
bertatis naturalis poſſeſſionem allegaret, haec propoſitio, *nego quemquam
in poſſeſſione iuris vehundi eſſe*, tanquam Negatiua nulla probatione indi-
get, teſtibus plane non opus videri, ſed reo incumbere poſſeſſionem viae
demonſtrare. Eatenus enim nihil inter petitorium atque poſſeſſorium in-
tereſſe. Adeoque reum, licet actor nihil probaſſet, condemnauimus,
quoniam ei incubuiſſet, contrarium demonſtrare.

Sunt quidem, fateor, plane diuerſa: liberum praeſumi, liberum eſſe, 5
et eſſe in poſſeſſione libertatis, cum non omnis liber etiam libertatem vere
poſſideat. *L.* 10. *ff. de liber. cauſ.* Attamen hanc propoſitionem: *Nego tibi
poſſeſſionem eſſe vehundi*, quis non videt eſſe negatiuam. Factum neganti
autem per rerum naturam nulla probatio imponi poteſt. Praeterea in
Lege 32. ff. de ſeruit. praed. vrban. Iulianus diſerte ait: *Natura ſeruitu-* 6
*tum ea eſt, vt poſſideri non poſſit, ſed intelligitur poſſeſſionem earum habere,
qui aedes poſſidet.* Itaque ſufficere exiſtimauerim, ſi petitor poſſeſſionem
fundi probet. Adde *Legem 3. §. 3. ff. vti poſſidet.* Sic non ſolum libertas,
verum etiam poſſeſſio libertatis praeſumitur, ſi modo fundi poſſeſſio pro-
bata fuerit. Nam cum praeſumtiones liberent ab onere probandi, cur
non eaedem ab onere demonſtrandi liberauerint?

OBSERVATIO CCCCLXXXV.

Bona ruſticorum cenſitica feoda quidem ſunt, ſed leges feodales directe applicari nequeunt.

Excipienda tamen Erbrichter Lehne, *in quibus priuatio ob feloniam obtinet.*

1 Ius feodale ſcriptum locum non habet in feodis ruſticis, vnde rigor
iuris circa feloniam non obſeruatur. BOEHMER *Conſult. T. Part. 2.*
Reſp. 141. et Reſp. 145. CARPZ. *lib. 6. Reſp. 108. num. 3.* Nec enim
ſucceditur in iis ex communi manu et ſimultanea inueſtitura, ſed et li-
2 bere vendi poſſunt. Ex his tamen nemo arguat, haec ignobilia feoda
ruſticorum vera beneficia non eſſe, cum adſit fidelitas iurato promitten-
da et inueſtitura ſolennis, deinde etiam operae ſiue ſeruitia, et germa-
nice Lehne appellentur: Immo, vt vaſalli in Parium curia, ita cenſiti, in
cauſis bona cenſitica concernentibus, coram domino ſtare tenentur, nec
poteſt iudex requiſitus inſinuationem citationis denegare. LYNKER *De-*
ciſ. 886 Quae omnia ruſticorum haec vera feoda eſſe, ſatis indicant.
Vide Akademiſche Reden über Maſcov. *Ius Feud. cap. 3. §. 26.* Sed
feodales leges beneficia reſpiciunt mere nobilium militaria, non ruſtica,
licet in bonis Meyerdingicis aliisque ſimilibus non raro argumenta ex
4 libris feodalibus vtiliter deducantur. (*Obſ. DLXXVIII.*) Inprimis ſi
propter officium iudici pagano datum fuerit ein Erbrichter Lehn, cum ſu-
per tali feodo plerumque etiam id curia vaſallorum Dresdenſi inueſtitura
petenda ſit, non raro ſucceſſio ex communi manu et priuatio feodi ob
feloniam obtinet. Reſpiciendae in ea re potiſſimum inueſtiturarum litte-
rae, ſi quidem dubium nemini erit, poſſe etiam nobilem ruſticos ſuos in
id conſentientes ita inueſtire, vt omnia capita iuris feodalis Longobardici
ita locum habeant, vt in feodis nobilibus moris eſt. Sic hanc materiam
tantum breuiter attingimus, quia prolixius de ea in Obſ. DLXXVIII.
tractare conſtituimus.

OBSER-

OBSERVATIO CCCCLXXXVI.

Furtum paſſus iurauit ſibi quatuordecim thaleros ablatos eſſe. Fur ipſum ſcelus non negat, immo tempeſtiue fatetur, neque ſe tamen plures, quam vndecim thaleros ſurripuiſſe ait, quos laeſo reſtituere poſſit; quaero: an fur propter hoc modicum torturae ſubiiciendus atque, ſi cruciatus non ſuperet, laqueo ſuſpendendus, aut ſaltim virgis caedendus ſit?

Erant quondam, qui ſeuere nimis ſtatuerent, in propoſito exemplo la- 1
quei poenam obtinere, quoniam non faſſus eſſet fur, quantum ſatis ſit. Totum nempe furtum confitendum eſſe, non partem eius. Inſuper prouocabatur ad Reſcripta *d. d.* 18. *Decbr.* 1727. *et* 14. *Decbr.* 1730. ſpecialia, in quibus tamen ne ſyllaba quidem de hac quaeſtione continetur. Vnde in propoſito caſu, ſi remiſſio vel reſtitutio ſecuta, vltra perpetuam relegationem ex confeſſis dictandam non progrediendum puto et torturam ſuper paucis groſſis abominor. Nam quantitas tempeſtiue confeſſa, ſemper ad mitigationem proderit. Si tamen inſuper alia furta, quae non 2
fateatur, perpetrauerit et horum cauſa equuleo ſubiiciatur, tunc et ſuper negatis prioris furti, quod pro parte fatetur, interrogari poterit. Quaero deinde, nonne ſaltim ſuper paucis groſſis, quae ad capitalem deſunt, ei purgatorium dictari poſſit? et reſpondeo: ne hoc quidem. Nam ſi abnegatam minorem ſummam deinde fateatur, tamen in propoſito exemplo ne fuſtigationem quidem dictandam cenſeo. Largior quidem quaeſtionem propoſitam admodum dubiam eſſe, ſed hanc ipſam ob cauſam, quoniam dubia eſt, mitiorem noſtrum Collegium ad Iuſtitiarium pagi Goſecenſis Menſe Decembri 1767. tulit, his verbis:

Hat Inquiſit, als er ſummariſch und Artikels Weiſe vernommen wor- 3
den, in Güthe geſtanden und bekannt: daß er Tobien Kloßen eilf Thaler entwendet und er wird über dieſes beſchuldiget, daß ſolcher Diebſtahl nicht in

 eilf,

eilf, ſondern vierzehen Thalern beſtanden, desgleichen daß er Chriſtoph Schieden 5 Thlr. an Gelde und für 1 Thlr. 6 gr. Waizen Mehl, nebſt einen Bettuche, Ueberzuge, Betpfühle, 2 Hemden, 2 Halskrauſen und einem
4 Schnupftuche geſtohlen habe Ob nun wohl, wenn gleich Tobias Kloß, daß ihm 14 Thlr. entwendet worden, beſchworen, Inquiſit aber deren nur Eilfe geſtehet, des nicht eingeräumten ſehr geringen Betrages halber, auf keine Peinlichkeit das Abſehen gerichtet werden kann, weil ihm das Geſtändniß von eilf Thalern, da der Diebſtahl in ſo weit wirklich wieder erſtattet, zu einiger Milderung der Strafe gereichen muß, ſintemalen daß wenn ein Dieb ſeine Verbrechen in Güthe bekennet, die andern Diebſtähle aber erſt bey der Inquiſition oder unter der Marter einräumen muß, und die letztern nebſt dem erſtern ſo viel betragen, daß Inquiſit von beyden Diebſtählen überhaupt über 12 Thlr. 12 gr. genoſſen, ihm das zuerſt gethane freywillige Bekenntniß nicht zu ſtatten kommen möge, in dergleichen Fällen ſchwerlich zu behaupten, überhaupt aber mehr Vermuthung, daß der Beſtohlne ſich in der Summe geirret, als daß Inquiſit, da er der Rechte unerfahren, argliſtiger Weiſe und in der Abſicht durch ſolch unvollkommenes Geſtändniß ſich einen Vortheil zu verſchaffen, etwas weniges zu verſchweigen geſuchet haben ſollte, vorhanden (Obſ. CCCCXVIII.) alſo da bey einer zuerkennenden Marter auf den Grund natürlicher Wahrſcheinlichkeit alles ankommet, eher zu glauben, daß Inquiſit, da er das größere zugeſtehet, auch das Geringere wider die Wahrheit nicht verhalten haben werde = = =

5 Dennoch aber und dieweil Chriſtoph Schied auf dem 26ſten Blatte endlich erhärtet, daß = = = und deshalben Inquiſit dadurch auch wegen des bey Schieden vorgefallenen Diebſtahls verdächtig wird, folglich da er dieſer Deube halber mit der peinlichen Frage zu belegen, derſelbe neben bey, und weil nicht vorher zu ſehen, wie viel er etwa wegen der Schiediſchen Deube einräumen möchte, auch die Wahrheit desjenigen, ſo er bey der Kloſiſchen annoch ableugnet, zu ergründen; So erſcheinet daraus und ſonſt allenthalben ſoviel, daß wenn Inquiſit ſein Geſtändniß anderweit in Güthe richtig nicht thun will, man wohlbefugt ihn dem Scharfrichter ꝛc. wobey er denn mit allem Ernſte zu befragen; Ob er nicht zeithero Stehlens ſich befliſſen ꝛc. Ob er nicht inſonderheit bey Chriſtoph Schieden ꝛc. Ob nicht ſein Vorwand, daß das bey Tobien Kloſen entwendete Geld nur in eilf Thalern beſtanden, falſch und erdichtet? ꝛc.

Item:

Item: fur ſeptem thaleros ſe ſubtraxiſſe tempeſtiue affirmat, et 6
domino reſtituit, ſex alios ſurripuiſſe negat; an propter negatos forcipibus torquendus? Nullo modo. *Adde ſuperiorem Obſeruationem CCCCXVIII.*

OBSERVATIO CCCCLXXXVII.

Singularia quaedam de diuortio ob adulterium praeſumtum vel etiam attentatum.

Propter id dos non amittitur.

Nec petitor impoſito ſuppletorio iurare cogitur ſe credere adulterium eſſe commiſſum, ſed tantum ſe indicia in probatione allata vera credere.

Non ſolum, ſi nudus cum nuda in eodem lecto ſint reperti, verum etiam, 1
quoniam ex Chriſti doctrina adulterium oculis ob prauam cordis concupiſcentiam perpetratur, ex aliis multo remotioribus indiciis ad iudicantium arbitrium, quod in hac tota re omnino dominatur, ob adulterium praeſumtum ad diuortium agi poteſt, *cap.* 12. *X. de praeſumt. Nouell.* 117. *c.* 8. §. 3. 4. 5. 6. BOEHMER *I. E. P. Tom.* 4. *lib.* 4. *tit.* 19. §. 29. *p* 345. etiamſi in proceſſu criminali reus reaue ſub tormentis vel praeſtito purgatorio haec indicia iam a ſe remouiſſet. Nam hoc a poena in iudicio criminali liberat, non ab actione matrimoniali ſeu ciuili. Suppletorium autem in actione de diuor- 2
tio ob adulterium praeſumtum, non ſuper veritate commiſſi adulterii, ſed ſuper veritate indiciorum, concipiendum eſt. Videri quidem poterat, plane ad Suppletorium nunquam poſſe deueniri, ſed reo, quoniam non tantum indicia declinare, verum etiam aliquid amplius, nempe: non eſſe commiſſum adulterium iurare poſſit, purgatorium potius decernendum eſſe. Attamen ſi is de periurio ſit ſuſpectus, vt plerumque eſſe ſolet, aut etiam petitor indicia in libello enarrata plusquam ſemiplene probauerit, magis inclino ad ſuppletorium, quod hac formula decerni poteſt: Würde Kläger vermittelſt Eydes erhalten, und daß, wenn er nach 3
einiger

einiger Abweſenheit unvermuthet nach Hauſe kommen, er zu verſchiedenen malen den bey ihm im Hauſe wohnenden Fändrich in vertraueten Umgange bey Beklagter in der Küche angetroffen, auch einsmals, daß ſelbiger ſie geküſſet und ihr das Halstuch abzureiſſen geſuchet habe, geſehen; ferner, daß er nicht anders wiſſe, auch glaube und dafür halte, als daß Beklagte am 5 Merz 1767. des Morgens unangekleidet und im bloſen Unterrocke aus gedachten Fändrichs Stube unter den Worten: **behalten ſie mich lieb, mein Schatz!** herausgekommen und dabey zerſtreut, auch im Geſichte ſehr entzündet, ausgeſehen und die Magd Catharine Beklagter Strumpfband wirklich in des Fändrichs Bette gefunden habe, noch zur Erfüllung ſchwören, (daneben auch, daß er ſeit der letzten Handlung, aus welcher er kurz vor angeſtellter Klage, daß ſein Eheweib eine Ehebrecherin ſey, gewiß geglaubet, derſelben weiter nicht ehelich beygewohnet, noch ſolche vermuthete Untreue ihr auf andere Art erlaſſen, endlich erhärten *); So iſt der begangenen ehebruchsmäßigen Untreue halber die zwiſchen ihm und Beklagter getroffene Ehe hinwiederum aufzuheben, es bleibet auch beyden Theilen, daferne ſie ohne Verletzung ihres Gewiſſens außer der Ehe nicht ſeyn können, ſich anderweit chriſtlich zu verehlichen nachgelaſſen; Klägers auf Verluſt der Mitgift gerichtetes Suchen aber hat nicht ſtatt.

4 Haec poſtrema tamen non omni dubitatione exemta, ſi quidem in ea re LEYSERVM *Med. 23. Spec. 579.* habemus diſſentientem, contra vero rectius ac melius ſeruandam eſſe in tali diuortio dotem mulieri, Collegium Iuriſconſultorum Lipſienſium menſe Decembr. 1767. Senatui Zittauienſi reſpondit, et iterum Regimini Suerinenſi menſe Octobr. 1768. his verbis: Obwohl der Verluſt des Heyraths-Guthes gewiſſermaaſen als eine Folgerung der Eheſcheidung zu betrachten ſtehet, und in eben dem Proceſſe, wo letztere, als die Hauptſache, erörtert wird, zugleich über die Einbuße des Brautſchatzes zu erkennen gewöhnlich, mithin da ſtarke Muthmaſungen eines begangenen Ehebruches zu der Eheſcheidung hinlänglich, ſolche viel leichter und eher die Einziehung des Heyrath-Guthes zu bewirken ſcheinen,

*) Hoc demum addimus, ſi rea inter exceptiones hanc quoque oppoſuerit. Nam ex officio haec, vtpote non iuris ſed facti, exceptio nunquam attenditur.

nen, übrigens da Beklagte ſo üppig und liederlich ſich aufgeführet, daß ſie eines Ehebruches höchſt verdächtig und ihre ſie deſſen bezüchtigende Thathandlungen zur Nothdurſt und dergeſtalt von Klägern dargethan, daß es nicht einmal eines Erfüllungs-Eydes bedurft, Beklagte aber gleichwohl mit Klägern den Rechtsſtreit aufs höchſte getrieben, ſie ſolcher Vermeſſenheit halber die darauf geſetzte Erſtattung derer Unkoſten faſt verdienet haben dürfte.

Dennoch aber und dieweil was den zugebrachten Brautſchatz anlanget, deſſen Verluſt ihr nicht füglich auferleget werden mögen, in Erwegung, daß allerdings derſelbe als eine Strafe zu betrachten, welche, wenn ſie auch gleich nicht an Haut und Haare gehet, doch allemal, daß ein Uebertreter völlig überführet oder des Ungebührniſſes geſtändig, ſchlechterdings erfodert, immaſen nicht einmal die geringſte auch nur bürgerliche Ahndung auf bloßen Schein und Muthmaſungen zu gründen, vielmehr alle Strafgeſetze in engſten Verſtande angenommen und als verhaßt durch Auslegung nicht erweitert werden ſollen, wannenhero auch bewährte Rechtslehrer

BOEHMER Conſult. Tom. I. Reſp. 171. Quaeſt. 3. vbi opinionem ſuam in Iure Eccleſiaſtico Proteſtantium prolatam mutauit et

BERGER Elect. Proc. Matrim. pag. 304. et Supplem. Proc. Matr. pag. 153.

wegen der großen Gunſt, ſo das weibliche Einbringen in den Rechten

L. 85. pr. D. de reg. iur. L. 9. §. 1. L. 70. de iure dot.

